

Denique Christi doctrina erat rectissima, utilissima, integerrima, sublimissima, perfectissima. plenam et consummatam in rebus omnibus, quæ ad mores pertinent, perfectionem continens. Unde legis interpretationes a Scribis prolatas velut mancas, inutiles, imperfectas, imo falsas et erroneas correxit cap. v.

Christum. in niseo imitetur Christianus orator et concionator, ut magis vita doceat, quam verbo, instar S. Basilii, de quo scribit S. Gregorius Nazianzenus, *Orat.* 20: « Sermo Basilii erat tonitru, quia vita ejus erat fulgur. » Sic sua libertate, auctoritate et nervo dicendi utatur, ut quasi Doctor agat cum discipulis, sitque efficax in docendo et persuadendo. Talis erit possessor cathedrae,

dominus pulpiti; talis docebit et prædicabit, ut potestatem habens, instar Christi, sicut fecit S. Paulus et Apostoli. S. Malachia, ait S. Bernardus in ejus Vita, feminam quamdam iracundam et furibundam, ideoque omnibus intolerabilem, adeo mansuefecit, ut videretur nequire irasci, idque uno verbo, dicendo: In nomine Domini Jesu jubeo ne amplius irascaris: quod S. Bernardus præfert suscitationi mortui factæ ab eodem S. Malachia, « eo quod exterior quidam ibi, hic vero interior revixerit homo. » Sic B. Franciscus Borgia dicebat de S. Ignatio de Loyola: « Loquebatur tanquam potestatem habens, » quia efficax erat ejus sermo, et quocumque volebat homines impellebat. Testis est Ribadeneira in ejus Vita.

CAPUT OCTAVUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus doctrinam Evangelii, quam a cap. v. hucusque docuit, confirmat et obsignat miraculis. Ita S. Hieronymus. Primo ergo, vers. 1, sanat leprosum. Secundo, vers. 3, curat puerum Centurionis. Tertio, vers. 14, soerum Petri liberat a febre. Quarto, vers. 18, duos se sequi volentes jubet omnibus tam opibus, quam parentibus renuntiare, eo quod Filius hominis non habeat ubi caput reclinet. « Et dimittit, ait, mortuos sepelire mortuos suos. » Quinto, vers. 23, sedat tempestatem in mari. Sexto, vers. 28, sanat duos demoniacos, damonesque obscurantes permittit ingredi in porcos, qui mox eosdem in mari submergunt.

1. Cum autem descendisset de monte, secuta sunt eum turbae multae: 2. Et ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 3. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra ejus. 4. Et ait illi Jesus: Vide, nemini dixeris; sed vade, ostende te sacerdoti, et offer munus quod præcepit Moyses, in testimonium illis. 5. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, 6. et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. 7. Et ait illi Jesus: Ego veniam, et curabo eum. 8. Et respondens Centurio, ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus. 9. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. 10. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. 11. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno caelorum. 12. Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. 13. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. 14. Et cum venisset Jesus in domum Petri, vidit soerum ejus jaentem, et fabricantem: 15. et tetigit manum ejus, et dimisit eam febris, et surrexit, et ministrabat eis. 16. Vespere autem facta, obtulerunt ei multos daemones habentes; et ejiciebat spiritus verbo; et omnes male habentes curavit; 17. ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes nostras portavit. 18. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum. 19. Et accedens unus Scriba, ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris. 20. Et dicit ei Jesus: Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

21. Alius autem de discipulis ejus ait illi: Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum. 22. Jesus autem ait illi: Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 23. Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus: 24. et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat. 25. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus. 26. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. 27. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei? 28. Et cum venisset trans fretum in regione Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes daemonia, de monumentis exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. 29. Et ecce clamaverunt dicentes: Quid nobis et tibi, Jesu Fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. 31. Daemones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, et ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare; et mortui sunt in aquis. 33. Pastores autem fugerunt, et venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, et de eis qui daemonia habuerant. 34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu; et viso eo rogabant ut transiret a finibus eorum.

1. CUM AUTEM DESCENDISSET DE MONTE, SECUTE SUNT EUM TURBAE MULTAE. — Excitæ vel voce, vel fama doctrinae et concionum ejus; docebat enim ut potestatem habens, uti paulo ante audivimus. Jam dixi initio cap. v, ex Luca, sermonem illum Christi hucusque ab eo habitum post descensum et vertice montis in loco campestris, puta in medio montis, ubi planities erat campestris; ex quo Christus finito jam sermone, descendit in subjectam et imam vallem. Ita Franciscus Lucas.

Aliter Jansenius, qui censet Matthæum hic per hysterologiam posterius ponere descensum Christi e monte, quia Christum alio migrasse narrat: nam descensum Christi e monte hucusque non meminit Matthæus, sed Lucas dumtaxat initio sermonis Christi jam recensiti, quem ipse vi, 47, asserit habitum in loco campestris.

2. ET ECCE LEPROSUS VENIENS, ADORABAT EUM, DICENS: DOMINE, SI VIS, POTES ME MUNDARE. — Idem miraculum describitur a Marco, i, 4, et Luca, v, 12; ex utroque videtur colligi hoc miraculum non contigisse statim a descensu in radice montis: nam Lucas ait id contigisse in una civitate; et quia Lucas, iv, 23, et Marcus, i, 23, prius alia miracula a Christo patrata enarrant. Verum magis ordinata videtur narratio S. Matthæi, juxta quam dicendum hoc miraculum Christi fuisse primum a descensu montis. Ita S. Hieronymus, Jansenius et alii; quod ergo ait Lucas, id contigisse in una civitate, intellige juxta unam civitatem. Nam lege, Levit. xii, 45 et 48, jubentur leprosi omnino separari acrique ab urbibus et castris, ne molis lepram suam affricent: licet alii censeant ibi velari tantum ne morentur in urbibus, non autem ne per eas transeant; quare leprosum hunc in transitu civitatis videri a Christo curatum. Haec civitas. ut colligitur ex

vers. 5, fuit Capharnaum, juxta quam videtur curatus hic leprosus; huic enim civitati adjaacet mons ex quo descendebat Christus, ut dixi cap. v, 1. Vide Chronotaxin, quam Commentario huic prefixi.

Quantus quamque incurabilis et contagiosus morbus sit lepra, inde liquet quod leprosi et lege veteri et usu omnium gentium a consortio hominum arceantur. In leprosis enim contagium est cum seminario, quo sanos tacta, ulcerum fetore et respiratio putida inficere possunt. His proinde a contagio et morbi labe deturpatur facies, pili decidunt, dilatantur nares, exeduntur ossa, lingua tumet, fetet respiratio, omne denique morbi genus, omneque symptoma in leproso comitatu et satellitio reperitur. Morbum ergo elephantinum fucari quidem posse, jure docent medici curari nunquam. Quomodo, ait Avicenna, curabitur lepra, cum sit cancer universalis, quando cancer particularis medicinam nescit? Porro regiones calidae, sa. sse, salsæ, calorisque et algoribus inequaliter impetite, morbis melancholicis et presertim lepræ subjacent. Talis est Judea et pars Ægypti. Unde Galesus, II ad Galic., ait: « Itaque in Alexandria plurimi elephantina, tum ob victus rationem, tum ob regionis caliditatem laborant! » Medici lepræ remedia prescribunt vinum viperinum, hydrargyrum, theriacum, aurum potable; sed horum non est ea vis, ut lepram formidatam et habitu firmatam tollant, leprosusque tota membrorum compage foedatos, cute et carne innovent.

ADORABAT — scilicet in genua et faciem cadendo, nam Marcus addit προσκύνων, id est accedens in ad genua; Lucas, τὸν ἰσὶ προσκύνων, id est accedens in faciem. Fecit id leprosus non tantum ut civilem honorem, sed potius ut religiosum cultum latria

Quanta morbus sit lepra?

Christo exhiberet, ut patet ex tam humili tantæque fidei ejus petitione; non enim dixit: Si rogaveris Deum, ut Moyses, sed: «Si vis, potes me mundare.» *q. d.* Scio te pariter esse cum Deo Patre potestatis, et consequenter morborum Dominum, ut lepre herili jure imperare, eamque solo jussu a me depellere possis. Rogo ergo ut id facere velis et digneris; si velis, res acta est, sanus sum. Ita S. Chrysostomus, *homil.* 26; Theophylactus, Euthymius, Maldonatus et alii. Unde S. Chrysostomus: «Spirituali medico, ait, spirituales offert mercedem, scilicet fidem orationem, qua nihil dignius Deo offerimus.» Et Glossa Interlinearis: «Voluntas, ait, potestatem tribuit;» nam quanta est voluntas, tanta est et potestas Dei; quidquid enim vult, hoc illico facere potest, juxta illud: «Omnia quaecumque voluit Dominus, fecit in celo et in terra.» *Psal.* cxxxiv, 6. In Deo enim voluntas, potentia cæteraque attributa sunt paria et æqualia, quia divina, immensa et infinita. Habuit ergo leprosus fidem divinitatis Christi, partim ex ejus interna illuminatione et inspiratione, partim ex miraculis quæ plura jam Christus paratrat primo anno predicationis suæ. Leprosus enim hic anno secundo sanatus est, ut dixi in Chronotaxi. Rursum, «si vis notat desiderium curationis mixtum cum resignatione: resignat enim et submittit se voluntati Christi, ut si velit, curet; si nolit, non curet. Morbi enim et lepre sæpe animæ salutis sunt utiles vel necessarij, idque scit Deus, sed nescit homo: quare se Dei judicio et voluntati resignet oportet, nec ea postulare debet absolute, sed conditionate, si videlicet Deo placeat et animæ salutis id profuturum sit.

Vers. 3. 3. ET EXTENDENS JESUS MANUM, TEGIT EUM, DICENS: VOLO, MUNDARE. — «Extendens:» *Primo*, ut se ostenderet esse supra legem, quæ leprosi contactum vetabat, *Levit.* xiii, utpote qui leprosum non contaminandi (Deus enim est incontaminabilis), sed curandi causa tangeret, ait Tertullianus, lib. IV *Contra Marcionem*, cap. ix; et, ut ait S. Chrysostomus, non corporis, sed animæ lepra impedimentum est ad virtutem. Porro, lex non vetabat contactum leprosi, nisi ob periculum contagionis, ne scilicet tangens eadem inficeretur: hoc autem periculum non erat in Christo, sed potius certitudo curationis leprosi. Ergo Christus idcirco tangens leprosum non faciebat contra, sed potius juxta mentem legis. Ita S. Chrysostomus et Tertullianus loco citato.

Secundo, tegit eum benevolentie causa, ut sum in eum affectum ostenderet. Unde Glossa Interlinearis: «Extendit manum, inquit, qui misericordie tendit effectum, scilicet, «quando auxilium divine misericordie impendit,» ait Remigius.

Tertio, tegit eum ut salvifica vis carnis Christi patereceret, ait S. Cyrillus, utpote quæ solo tactu manus lepram pelleret. *Manus* enim dicitur *manando*, quod e brachio manet, et ex manu ma-

nant digiti et opera: sic ex manu Christi manabant miracula et beneficia, et ipsius virtus manabat ex Deo, cui hypostatice uniebatur. Unde Victor Antiochenus, in cap. I *Marc.*: «Verbum, inquit, indivulsam secum carne societatem habere persuasum volens, pleraque miracula et signa per corporis ministerium edidit,» et Beda: «Extendit, ait, Deus manum et contigit humanam naturam in incarnatione, et ejectos e castris populi Dei (leprosus) templo reddidit, ut possint offerre corpora sua hostiam viventem illi cui dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.*» *Psal.* cix.

VOLO, MUNDARE. — Ita hec dispunge per comma vel colon intermedium, ut Christus *primum* dicat: *Volō; deinde* imperet: *Mundare*, ait S. Hieronymus. *Tō* ergo *mundare* non est infinitivus activus, sed imperativus verbi passivi, *mundor*, significans *mandator* vel *munderis*. Hebr. enim est *מְדַבֵּר* *hit-faber*, Græce *κατασκευαστής*, id est *esto mundus*. Hinc Patres probant Christi omnipotentem divinitatem: citat eos fuse Maldonatus. Unde S. Ambrosius, in cap. v *Lucæ*, 12: «Dicit, inquit, *Volō*, propter Photinum; imperat, propter Arium; tangit, propter Manichæum.» Photinus enim docebatur Christum esse merum hominem, nec esse Deum, cui propria est omnipotens voluntas, qua dicit: «*Volō, mundare*» Arius docet Christum minorem esse Patre, ac proinde non imperare, sed imperia Patris excipere. Manichæus docebatur Christum habere carnem non veram, sed phantasticam, ideoque vere nec tangere posse nec tangi. Hæc omnia hic confutat Christus tum verbis, tum factis.

Notat S. Hieronymus Christum pertinenter et æquo respondere duplici petitioni leprosi. *Primo* enim petierat: «Si vis,» id est utinam velis; respondet Christus: «*Volō.*» *Secundo*, «*apotes me mundare;*» respondet Christus: «*Mundare,*» id est *munderis*, estoque mundus: plus ergo tribuit Christus, quam ipse expresse petat, eodem enim instanti ipsum plane curavit, imo vegetum, alerem validumque effectum tum corpore, tum magis animo: quos enim Christus sanavit corpore, sanavit et animo, ac justos sanctosque effecit, ut plenam ejus mentis et corporis integritatem largiretur. Dei enim perfecta sunt opera; ac Christus sua liberalitate merita supplicum excedit et vota, ut nos ab eo discamus idem facere ac liberalissimi esse tum erga Deum, tum erga proximos.

ET CONFESTIM MUNDATA EST LEpra EJUS. — *q. d.* Et illico mundatus est homo a lepra sua, ut vertit Arabicus. Nil medium fuit inter Christi præceptum et opus. «Dixit enim, et facta sunt omnia,» *Genes.* i, quia voluntas ejus est omnipotens, ideoque est ipsa ejus omnipotentia. Est hypallage sive inversus sermo; nec enim lepra mundari potest, utpote in se plane immunda et contagiosa, sed homo a lepra. Hoc factum ostendit Christus se quasi medicum venisse in mundum, ut

omnes ægritudines curet omnesque sordes expuret. Nota *confestim*, inde enim liquet Christum leprosum curasse non pharmacis naturalibus; hæc enim sensum operantur, et lente sanant, sed virtute divina, quæ in instanti operatur, juxta illud: «Ipse dixit, et facta sunt.» *Psal.* cxviii, 5. Hæc enim dicere et jubere est efficax, idemque quod facere, quia ejus voluntas idem prorsus est cum ejus omnipotentia.

Vers. 4. 4. ET AIT (MARCUS, *Comminatus est*, id est se vero et minaci vultu jussit: ita Euthymius) ILLI JESUS: VIDE, NEMINI DIXERIS. — Id jussit ad vitandam ostentationem et ut nos doceret virtutes dotesque nostras non factare, sed celare. Ita Chrysostomus. Si enim id fecerimus, nobis tacentibus efficit Deus, ut prodamur inviti, idque magna cum edificatione audientium, et majore gloria operantium. Unde addit Marcus, 1, 43: «At ille (leprosus) cepit prædicare et diffamare sermonem, ut iam non posset manifeste introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset, et conveniebant ad eum undique.»

SENDAE, OSTENDE TE SACERDOTI (MARCUS: *Principi sacerdotum*, qui tempore vicis suæ præerat cæteris sacerdotibus actu in templo ministrantibus), ET OFFER MUNUS QUOD PRÆCEPIT MOYSES IN TESTIMONIUM ILLIS. — «Mittit ad sacerdotes,» ait S. Hieronymus, ob humilitatem, ut eis deferre videatur; deinde ut illi vel credentes salventur, vel fiant inexcusabiles; denique ne legem infringere videatur. Et Origenes: «Mittit, ait, ad sacerdotes, ut cognoscant non legis consuetudine, sed gratiæ operatione mundatum, etc. Ut omnes qui vultu portari munus, miraculum crederent.»

Munus a leprosis lepra mundatis sacerdoti offerendum, erat agnus, vel si leprosus pauper foret, duo tortures, aut duo pulli columbarum. *Levit.* xiv, 13 et seq.

IN TESTIMONIUM ILLIS, — scilicet sacerdotibus; nam Princeps sacerdotum, licet unus, multos tamen habebat asselas sacerdotes minores. Nonnulli per *testimonium* accipiunt legem, *q. d.* Offer munus jam dictum, ut impleas legem quam Moyses præcepit, *Levit.* xiv, sacerdotibus et populo servandam in expiatione leprosi; lex enim sæpe, *Psal.* cxviii et alibi, vocatur *testimonium*, scilicet voluntatis divine, quia testatur quid a nobis veit fieri Deus. Verum nil vetat *testimonium* hic proprie accipi.

Planius ergo et germanius *in testimonium* refer ad verbum *ostende et offer*, *q. d.* Ostende te sacerdotibus, eisque munus lege præscriptum offer, ut illi videntes te a lepra liberum, ideoque munus mundatis præscriptum offerre, ex hoc oculari testimonio cognoscant te vere sanatum, inique ipsi sanitatis tue sint testes, ac populo testentur te vere a lepra curatum, ideoque eorum testimonio juxta legem restituaris communi hominum societati et convicti.

Erat ergo duplex, imo triplex hoc testimonium. Primum, quod leprosus præbebat sacerdotibus de se ipso a lepra curato, quod erat ostensio et inspectio ocularis corporis et membrorum, quam faciebant sacerdotes, ac si videbant vere curatum, munus ab eo in gratiarum actionem Deo oblatum acceptabant; si non, refutabant.

Secundum testimonium erat, quod ipsi sacerdotes populo perhibebant de leproso vere curato; unde eidem adhibebat illustrationem sive expiationem lege, *Levit.* xiv, præscriptam, quæ erat legalis ceremonia tollens irregularitatem legalem ab immunditia lepre contractam, homineque lepra mundatum restituens convicti hominum, ac templo et sacrificiis, ut iis jam mundus cum cæteris libere interesse posset.

Tertium testimonium erat maximi momenti, nimirum, jussit Christus leprosum se jam curatum ostendere sacerdotibus, ut illi ex hoc miraculo agnoscerent ipsum esse Messiam; aut certa inexcusabili hoc testimonio convicti, incredulitatis condemnarentur. Ita S. Hieronymus, Chrysostomus et S. Ambrosius in cap. v *Lucæ*, 14.

Tropologie: lepra significat peccatum mortale, præsertim contagiosum, quale est imprimis hæresis, ob summam facilitatem et contagionem. Ita S. Augustinus, lib. II *Quæst. Evang.*, *Quæst.* xl; Theodoretus, Radolphus et alii, in cap. xiv *Levit.* Hinc mandato lepre symbolum est sacramenti penitentiae et confessionis sacramentalis, qua peccata expiantur, cuius proinde vim et efficaciam ex lepre typo contra hereticos probant S. Hieronymus, in cap. xvi *Matthæi* (ubi ex eo probat oportere sacerdotes cognoscere peccatorum species et varietates), et S. Chrysostomus, lib. III *De Sacerdotio*, ubi docet officium sacerdotum Christianorum longe efficacius et præstantius esse, quam olim fuerit Aaronicorum, eo quod hisce lepram non curare, sed curatam duntaxat ostendere; illis vero peccata non curata ostendere, sed vere curare et condonasse concessum sit. Atque hac de causa Christus primum hoc a descensu e monte, ubi legem Evangelicam docerat, miraculum esse voluit evanescere leprosi, tum quia in Syria et Judæa communis et frequens erat hic lepre morbus, multique erant leprosi; tum quia lepre conditiones optime per tropologiam representant peccati facilitatem et noxam, æque ac lepre curatio peccati remissionem: ideoque Christus in passione leprosi formam assumpsit, ut lepram animæ nostræ in se susceperet et curaret. Unde Isaias, lv, 4: «Vere, ait, langores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit; et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussam a Deo et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.» Vide quæ de lepra dixi *Levit.* xii et xiv. Hac de causa Christus in forma leprosi apparuit Martyrio monacho, et ejus ha-

Lepra est hæresis et peccatum contagiosum.

Classica in forma leprosi apparuit.

Testimonium, id est lex.

meris usque ad fores monasterii bajulari se permisit, ibique disparuit; sed ita ut Martyrius pondus non sentiret, quia portantem se portabat, ait S. Gregorius, homil. 39 in *Evang.*

In eadem leprosi forma Christus apparuit S. Ludovico, Tolosatum episcopo, qui fuit nepos S. Ludovici, regis Francie, ac ab eo pedes sibi lavari permisit, ut habet ejus Vita.

Vers. 5. Luc. VII. 4, 3. 5. CUM AUTEM INTROISSET CAPHARNAUM, ACCESSIT AD EUM CENTURIO, ROGANS EUM. — Hoc est secundum Christi miraculum, quo doctrinam in monte editam confirmavit. Ita S. Hieronymus. Ex hoc loco colligimus leprosum primo a Christo sanatum fuisse juxta Capharnaum, uti paulo ante dixi. Porro, leprosus erat Judeus; Centurio vero ethnicus, puta ex Romanorum (tunc enim Judea a Pompeio, Julio Cesare et Augusto subjugata, Romanorum ducem m^o tumque presidio tenebatur) legione dux centum militum, et subinde etiam plurimum, ut docet Vegetius, lib. I *De Re milit.*; quare in eo genitum vocatio presignata et inchoata fuit. L. Dexter, in *Chronico* quod nuper in lucem prodit, ait hunc Centurionem fuisse C. Cornelium, Centurionem Hispanum, cujus filius C. Oppius, pariter Centurio, Christo in cruce quasi satelles et custos astitit, vidensque signa quae in caelo, sole, terra et petris tunc contigerunt, conversus est ad Christum: uterque Christum et in Judea et in Hispania predicavit. Haec Dexter. De cujus auctoritate et fide fusius egi in fine Chronotaxis, quam Actibus Apostolorum praefixi.

ACCESSIT. — Est hic prima antilogia: nam Lucas, VII, 1, idem miraculum aliter narrat. Non enim dicit Centurionem ipsum accessisse ad Christum, sed ad eum misisse primum Judeos, deinde amicos suos, qui hanc gratiam, puta caritatem, puero suo peterent et impetrarent. Quare in Luca, ex Matthaeo, hoc loco supplendum est quod, post Judeos et amicos, tandem Centurio ipse ultimus ad Christum jam appropinquantem accurrerit, sive honoris causa, sive ob morbi paroxisum et instans mortis periculum, uti voluit S. Chrysostomus, homil. 26; Theophylactus et Euthymius: nisi dicas Centurionem hic asseri ad Christum accessisse, eique supplicasse et respondisse, non per se, sed per legatos et amicos suos, ut censent Beda et S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evangelist.*, cap. XX. Porro, Judei commendarunt Centurionem postulationem Christo, dicentes: « Quia dignus est, ut hoc illi praestes. Diligite enim gentem nostram, et Synagogam ipse adificavit nobis, » ut ait Lucas, VII, 4.

Vers. 6. Luc. VII. 5. 6. ET DICENS: DOMINE, PUER MEUS JACET IN DOMO PARALYTICUS, ET MALE TORQUETUR. — « Puer, » id est servus, ut habet Lucas, VII, 3. Servi enim apud heros subjectione, obedientia et reverentia sunt instar puerorum. Est catachresis. Porro, hic servus Centurioni erat charus et pretiosus, ait Lucas. JACET IN DOMO PARALYTICUS. — Quasi cadaver in

lecto « omnibus undique artubus fluidis, et ad consistendi officium agendique corruptis, » ait S. Hilarius; « paralysis enim est resolutio nervorum, » ait Celsus, lib. II, cap. 1. « Est enim morbus, in quod dimidia pars corporis resolvitur, motu sensuque interceptis, » ait Galenus, lib. IV *Commentar.*; unde a Graecis vocatur *hemiplexia*, id est semiapoplexia, cum scilicet in alteram tantum corporis partem malum id incubuit; nam cum totum afficitur, apoplexia nominatur: nunc utrumque, inquit Celsus, lib. III, cap. XXVII, paralysis appellari video.

ET MALE TORQUETUR. — Graece, *δυνασ βαρυνόμενος*, id est graviter afflictus, vehementer cruciatus (ut vertit Arabicus) ideoque moriturus, ut ait Lucas. Subita et acuta fuit haec paralysis, quae cum cruciati periculum vitae creavit: nam aliqui communes paralyses sunt lente, ideoque et gravi cruciati et periculo carent. Cruciatu hic videtur fuisse convulsio et retractio nervorum qui a cerebro oriuntur; hi enim, cum praeter naturam contorquentur aut distenduntur, gravissimos excitant dolores, uti ex Galeno ostendit Guilielmus Ader medicus, lib. *De Aegrotis et Morbis a Christo sanatis*, cap. II, ubi probat omnes illos fuisse desperatos et naturaliter incurabiles, ideoque eorum curam Christo quasi archiatro a Deo fuisse reservatam: talis fuit haec paralysis. Idem docet S. Ambrosius, *epist.* 73: « Eos, inquit, sanavit Dominus Jesus, quos nemo curaret, » id est curare potuisset.

Porro, Lucas paulo aliter rem gestam enarrat; sic enim ait, VII, 3: « Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judeorum, rogans eum, ut veniret et salvaret servum ejus. » Est hic secunda antilogia; Lucas enim ait: « rogans eum, ut veniret; » Matthaeus vero, imo et Lucas, VI, subdit eum contrarium dixisse, scilicet: « Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo (id est jube, absens) et sanabitur puer meus. » Respondetur, *rogans et misit*, quatenus refertur ad *veniret*, pertinens ad Judeos Centurionis legatos, qui minoris erant fidei et humilitatis, quam ipse Centurio: hic enim solum pelevat ut Christus sanaret puerum. Judei vero de suo addiderunt, ut veniret, et veniendo tangendoque sanaret eum. Misit ergo seniores ad Christum rogans per se, ut sanaret; per seniores vero, ut veniret. Quod enim legatus dicit, hoc censetur dicere si qui legatum misit. Lucas igitur, more suo (ut patet, cap. XX), brevitate studio convolvit dicta factaque Centurionis et Judeorum, quae proinde respective explicanda sunt, ut quaedam a Judeis, quaedam a Centurione dicta sint. Vult enim Lucas dicere, quod seniores Judeorum missi a centurione dixerint Christo: Centurio rogat te, ut venias et sanes puerum ejus; ubi addunt ex suo *venias*, putantes id decere, idque tacite cupere Centurionem. Quod ergo subdit Lucas: « At illi, cum venissent

Exhibetur dicta callosa curans in capello puerum et assistens ab ipso miserrans.

ad Jesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei, » etc., significat eos suam hanc petitionem, ut veniret et sanaret puerum, instanter urissime, allegantes: « Quia dignus est, ut hoc ei praestes, » quae verba plane significant petitionem seniorum fuisse illam quae praecessit, quam ob brevitatem Lucas convolvit, dicens: « Rogans, ut veniret et salvaret servum ejus. » Illis igitur verbis simul missionem Centurionis et ejus petitionem, aequae ac seniorum, licet postea factam, per anticipationem complexus est: unde eam non iterat, nec uti reipsa facta est enarrat.

Aliter respondent nonnulli, scilicet Centurionem, cum mitteret Judeos, per eos rogasse Christum, ut veniret, et veniens sanaret puerum; sed post Judeorum abitum ad Christum, illuminationem a Deo, crescente fide et humilitate, penitus, ac optasse dixisseque, ut Christus non veniret, sed absens curaret puerum. Sed tunc dicendum est Centurionem esse mentium, cum, ut ait Lucas, vers. 7, per Judeos legatos prius a se missos dixit: « Propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te. » Si enim ipse putabat se dignum, ut Christus veniret ad se, multo magis putabat se dignum, ut veniret adirecteque Christum. Rursum dicendum est eum non credidisse Christum esse Deum; Deo enim non fuisset ausus mentiri, utpote quem mendacii conscium seiret.

Denique Centurio prius misit seniores Judeorum ad Christum honoris causa, quia ipse, utpote Gentilis, aestimabat se indignum et alloquio Jesu; Judei enim, Gentiles, utpote idololatratae, aestimabant viles et impuros quasi canes, ut patet *Matth.* XV, 26.

Vers. 7. Luc. VII. 6. ET AIT ILLI JESUS: EGO VENIAM, ET CURABO EUM. — Nota promptum Christi animum ad faciendum et sanandum paralyticum, quo plus offert Centurioni quam ipse petierat; sed nimirum volebat haec oblatione epectore Centurionis elicere fidem et reverentiam, quae mox ab ipso prosiiliit. Dixit Christus, et fecit; unde Lucas, v, 3, ait: « Jesus autem ibat cum illis. »

Vers. 8. Luc. VII. 6, 7. 8. ET RESPONDENS CENTURIO AIT: DOMINE, NON SUM DIGNUS UT INTRES SUB TECTUM MEUM (in domum meam); SED TANTUM DIC VERBO, ET SANABITUR PUER MEUS. — Dixit hoc primo Centurio per amicos Christo, cum Christus jam ad domum ejus accederet, ut ait Lucas, VII, 6; deinde ipse accurrens ad Christum venientem, idem per se dixit, et protestatus est, ut ait hic S. Matthaeus: urbanitas enim et civiltas id omnino exigebat ut ipse personaliter Christo occurreret, ipsumque venientem et jam vicinum exiperet; « Dic verbo, » id est sermone, *q. d.* Non est ausus ut praesens tuus servum meum, sed adensu jube curata, et meo sanabitur. Credit ergo Centurio Christum esse Deum, qui ubique quasi praesens imperat et operatur quodlibet, aut certe Christum eximium esse Prophetam Deo charissimum, puta

Messiam Judaeis promissum, qui nomine Dei in Judea rebus omnibus ad libitum imperaret: « Quoniam ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt. » *Is.* XXXII, 9.

9. NAM ET EGO HOMO SUM SUB POTESTATE CONSTITUTUS, HABENS SUB ME MILITES, ET DICO HUIC: VADE, ET VADIT; ET ALIO (alii, alteri; sic *ditto* pro *alio* usurpat Plautus): VENI, ET VENIT; ET SERVO ME: FAC HOC, ET FACIT. — « Sub potestate, » id est in potestate, in regimine, in magistratu « sum constitutus, » puta sum Centurio, imperans centum militibus. Ita Auctor *Imperfecti*, qui a pari tendit hic argumentum Centurionis, *q. d.* Si ergo parvam habens potestatem in paucos milites, illis ad nutum impero; quanto magis tu, o Christe, qui plenam omnium habes potestatem, morbis imperabis? Verum *sub potestate* proprie hic accipi liquet ex Graeco, qui habet: *ὑπο τῆς ἐξουσίας*; et ex eo quod subdit: *ἕως τῆς ἐξουσίας ἐξουσιασται*, id est *habens sub me milites*. Ergo, sicut Centurio vere et proprie habebat sub se milites sibi subditos, sic vicissim ipse erat sub potestate aliorum sui Tribuni, vel Caesaris Romani, scilicet Tiberii. Ita S. Chrysostomus, Leontius, Glossa, Maldonatus, Jansenius, Franciscus Lucas et alii. Est argumentum a minori ad majus, *q. d.* Si ego, licet sub potestate Caesaris constitutus, impero tamen ad libitum militibus mihi subditis, et dico huic: Va-de, et vadit, et alio: Veni, et venit; quanto magis tu, o Christe, qui sub nullius es potestate, sed Deus es omnipotens, omnium Dominus, poteris imperio tuo iubeasque morbo (paralysi servi mei): Abi, *Abi* abibit; si idem dicas: Veni, illico veniet: morbi enim sunt quasi milites et satellites tui, quoad ad nutum in reos immittis, et a penitentibus supplicibus revocas. Ita S. Augustinus, serm. 6 *De Verbis Domini secundum Matthaeum*: « Si ego, inquit, homo sub potestate jubendi habeo potestatem, quid tu non possis, cui omnes serviunt potestates? » Ponderat S. Hieronymus Centurionis « fidem, in eo quod creditit, inquit, ex Gentibus, paralyticum a Salvatore posse sanari; humilitatem, quod se judicavit indignum, cujus tectum Dominus intraret; prudentiam, quod intra corporis tegmen divinatem latentem videret, sciens non tibi sibi profuturum, quod etiam ab incredulis videbatur, sed id quod latebat intrinsecus. »

Moraliter: si vis esse in potestate, disce esse sub potestate; si vis imperare, disce prius imperanti obedire. Audi S. Bernardus, *epist.* 42. « Ut secure praesse possitis, subesse et vos, sicut debetis, non dedignemini; dedignatio quippe subjectionis, prelationis reddit indignum: quippe dicit in vobis subditi, quod redhibeat. » Proinde ipsum exemplo Centurionis: « Diciturus cruppe: habens sub me milites praemisit: homo sum sub potestate, nam quiaqua subiminet, suspectam non habemus jactantiam. Praemissa siquidem est humilitas, non altitudo praecipit.

Virtutes heredes Centurionis.

Nec enim vocem inveni arrogancia, ubi tam clarum humilitatis insigne præcessit. Quia non confusus est de subjectione, jure ex prælatione meruit honorari. Non erubuit super se potestatem, et ideo dignus, qui haberet et sub se milites. Dedit prius honorem propositis, ut jam a subditis juste reciperet. Sic symbolico: si anima vellet imperare corpori, prius se subdat Deo; quod si illi rebellet, sentiet et sibi corpus rebelle, ut sensit Adam violans præceptum Dei de non comedendo pomo vetito. Sic pena superbie et inobedientiae est lapsus carnis et luxuria.

10. AUDIENS AUTEM JESUS, MIRATUS EST — tantam fidem, humilitatem, reverentiam et devotionem Centurionis, qui non erat Judeus, sed Gentilis. Unde Origenes: «Attende, ait, quantum sit, aut quale, quod Deus unigenitus miratur. Aurum, divitiæ, regna, principatus in conspectu ejus sunt tanquam umbra, vel flos decidens. Nil ergo horum in conspectu Dei mirabile est, quasi magnum, vel pretiosum, sed tantum fides; hanc miratur honorificans, hanc acceptabilem sibi estimat.»

Quæres, an in Christo vere fuerit admiratio? Suppono ex communi Theologorum sententia in Christo, præter divinam scientiam quam habebat, qua Deus, triplicem fuisse scientiam, qua homo erat: *Primo, beatificam*, per quam Dei essentiam intuebatur, eaque fruens beabatur. *Secundo, infusam*, qua per species animæ suæ a Deo inditas ab ipso conceptionis suæ instanti omnia cognoscebat. *Tertio, experimentalem*, qua illa quæ faciebatur per scientiam infusam, quotidie per experientiam videbat, audiebat et sentiebat.

respondeo ergo, in Christo proprie et absolute non fuit admiratio, quæ scilicet ex imo corde ejusque fundo manaret. Ratio est, quia admiratio oritur et fit in nobis ex eo quod aliquid novi, insoliti et incogniti videamus vel audiamus; Christus autem per scientiam infusam, jam omnia, antequam fierent, cognoscebat: unde nil ei, utpote omniscio, erat novum, incognitum vel inspiratum et admirabile. Excitavit tamen Christus se per scientiam experimentalem, cum aliquid magni et novi experiret, aliquem quasi superficiale actum interiore et gestum exteriori admirationis, ut alios idem admirari doceret. Ita S. Augustinus: quem audi, lib. *De Genesi contra Manicheos*, cap. viii: «Quis autem in illo fecerat illam fidem, nisi ipse qui admirabatur? quod si et alius eam fecisset, ut quid miraretur qui præsci- us erat? Quod ergo miratur Dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moveri: omnes enim tales motus ejus non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistrum.» Sic et S. Thomas, iii p., *Quæst.* xv, art. 8. Hinc sapiens nihil miratur. Et Cyrus, rex Persarum, docebat suos nil mirari, quod Rex altior sit et superior omni re mundi. Qui cum S. Paulo conversatur in caelo, nil miratur in terra. Præclare S. Cyprianus, tract. *De Spectaculis*: «Numquam,

ait, humana opera mirabatur, quousque se coglo- verit filium Dei. Deiecit se de culmine generosita- tis suæ, qui admirari aliquid post Deum potest.»

ET SEQUENTIBUS SE DIXIT: NON INVENI TANTAM FIDEM IN ISRAEL. — Arabicus: in uno est Israel; Græce est nervosius: nec in Israel tantam fidem inveni, quantum in Civitate Gentili; intellige, non inveni, scilicet in communi populo a tempo- re prædicationis meæ: nam major sine dubio erat fides in beata Virgine, Abraham, Moysè, Joanne Baptista, etc.; aut, ut Chrysostomus, non inveni tantam, scilicet proportionabiliter, quia hic erat Ethnicus et Centurio, ceteri erant Israelitæ et fideles; unde eadem fides in illo magis erat mira et miranda, quam in hisce. Idem Chrysostomus præfert fidem Centurionis fidei Apostolorum, quam habuerunt initio vocationis; Origenes vero, fidei Marthæ et Magdalænæ. Audi S. Chrysostomus: «Credidit Andreas, sed Joanne dicente: Ecce Agnus Dei; credidit Petrus, sed evangelizante sibi Andrea; credidit Philippus, sed legendo Scripturas; et Nathanael prius signum divinitatis accepit, et sic fidei confessionem obtulit.» Audi et Origenem: «Jairus, Israelis princeps, pro filia sua pletens, non dixit: Die verbo, sed veni velociter. Nicodemus de fidei sacramento audiens, ait: Quomodo hoc potest fieri? Maria et Martha dicant: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, quasi dubitantes quod ubique posses adesse Dei potentia.»

11. DICO AUTEM VOBI, QUOD MULTI AB ORIENTE ET OCCIDENTE VENIENT, ET RECUMBENT cum ABRAHAM, ET ISAAC, ET JACOB, IN REGNO CÆLORUM. — Ab Oriente et Occidente, id est ab extremis Gentium regionibus. Occasione enim Centurionis, qui erat Gentilis, prædicit Gentium (quarum primitie erant hic Centurio) vocationem et Judæorum reprobationem. Alludit ad Isaïam xliiii, 5 et seq., ubi a quatuor mundi plagis prædicitur Gentium vocatio, gratia et gloria. «Recumbent,» id est requiescent, ait S. Hilarius et Euthymius. Verum Græce est *ἀνακλιθήσονται*, id est discumbent, quasi in triclinio ac- cubent, quasi convivæ epulabuntur in opiparo convivio: huic enim regnum cœlorum, ac cœlestis gloria et felicitas Christi et sanctorum sepe comparatur, ob summam quietem, lætitiâ, securitatem et satietatem. Alludit ad illud, in *Psal.* xvi, 15: «Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Et *Psal.* xxxv, 9: «Inebriabuntur ab uberitate domus tuæ; et torrente voluptatis tuæ potabis eos.» Hoc cœleste convivium quasi nuptiale Agni, id est Christi, graphice depingit S. Joannes, xix, 7 et seq., ac Christus, *Lucæ* xxi, 22.

CUM ABRAHAM, ET ISAAC, ET JACOB. — Hi tres præ aliis sanctis Patriarchis et Prophetis hic et alibi nominantur, et celebrantur. *Primo*, quia hi tres fuerunt primi Patres et Patriarchæ Judæorum, ad hoc singulariter electi et selecti a Deo. *Secundo*, quia idem erant capita Reipublicæ et Ecclesiæ Dei. *Tertio*, quia hi singularia dedere fidei et reli-

gionis exempla. *Quarto*, quia hi tres promissionis de terra Canaan a posteris possidenda, in typum regni in cœlis eidem eorumque assensu promissi, fuerunt hæc. Unde et Deus se vocat Deum Abraham, Isaac et Jacob, eorumque nomine apud Judæos gloriabatur.

12. FILII AUTEM REGNI ACCIENTUR IN TENEBRAS EXTERIORES: IBI ERIT FLEUS ET STRIDOR DENTALUM. — «Filii regni,» id est destinati ad regnum vocantur Israelitæ; quia hi prognati erant ex Abraham, Isaac et Jacob, quibus et quorum semini Deus promiserat regnum uti terrenum habere, sic et spirituale æternæ gloriæ in cœlis. Simili Hebraismo vocantur filii mortis, gehennæ et resurrectionis, qui ad mortem et gehennam committuntur, aut ad resurrectionem promissam a Deo destinati et deputati sunt.

Moraliter: si filius regni es, fac opera regni, fac opera digna caelo, vive ut Angelus. Sic enim Christus dixit Judæis: «Si filii Abraham estis, opera Abraham facite.» *Joan.* viii.

IN TENEBRAS EXTERIORES — gehennæ. Persistit in metaphora convivii in regno cœlesti, ideoque lucidissimi: circa quod nota plerosque veterum non prandisse, aut non nisi parce et tenuiter per modum jentaculi, sed cenasse duntaxat, tumque se exsatisse et exilarasse; ideoque convivium non in prandio, sed in cena celebrasse, idque otii et libertatis causa, et ut diem, ut ait Horatius, lib. I, *Ode* 1, non frangerent, sed totum negotium darent, atque inde triclinaia dicta sunt cenacula. De Hebræis id liquet ex S. Scriptura, ubi passim fit mentio cœnæ et cenaculi, raro prandii, ut patet in cœna Darii, iii *Esdræ*, ii, 1; Heliophernis, *Judith* xii, 40; Herodis, *Marc.* vi, 21; Marthæ, *Joan.* xiii, 2, et *1 Corinth.* xi, 20. De Essenis idem docet Philo, lib. *XXI De Vita contemplativa*; imo prandii in veteri Testamento nulla est mentio, nisi apud Tobiam, ii, 1, et Daniele, xiii, 43, et Estherem, cum Judæi adducti in Assyriam et Babylonem, ibi inter Gentes degerent, earumque more comederent. Excipio unum Jeroboam, regem Israel, qui Prophetam sibi manum restituentem, invitavit ad prandium, iii *Regum*, xiii, 7. Sed rex hic fuit idololatra, et auctor aurifexque vitulorum aureorum, quos coluerunt Israelitæ. Unde non mirum, si gulosior prandia celebrarit. Hoc est quod laudat Boetius, *De Consolatione*:

Felix, ait, nimum prior alas,
Nec inert perditâ luxa,
Facili qua sera solent
Jejunia solvere glande.

De Græcis id docet Clemens Alexandrinus, lib. II *Pædagog.*, cap. ii; Athenæus, *De Conviviis Sapientum*; Hippocrates, lib. *De Aere et Aqua*; Plutarchus, lib. VIII *Symposiac.* Quæst. ubi ait infames fuisse eos, qui ante cenam manducarent; Hippocrates vero ait eos non rectam vivendi normam servare. addit Plutarchus cenam dici quasi *xenia*, quod

communis esset omnibus, cum prandium scorsim a privatis quasi obiter sumeretur. Hinc Plato, teste Cicero, *Tuscul.* V, cum stomacho miratus est priscos Halos et Siculos bis in die cibo impleri. Leonidas, Græcorum dux, contra Naxem et Persas innumeris cum paucis apud Thermopylas pugnavit: «Prædicit, inquit, commilitones, apud inferos manaturi.» Alexander Magnus deturbat prandium condire nocturnas profectio- nes, cenam vero prandii tenuitatem.

De Romanis idem docet Plutarchus, loco citato. Martialis, libro IV *Epigrammat.* ad Euplemium:

«Surgilo, inquit, jam pueris vendit jentaculâ piscitor.»

Horatius, lib. I, *Satyr.* V.

Praesus non avide, quantum interpellet iterâ
Ventre, diem durare.

idem, lib. II, *Satyræ* IV.

Ille salubres
Æstas peraget, qui nigris prandia mortis
Fidit.

Plura vide apud Alexandrum ab Alexandro, lib. V *Genial.*, cap. xxi, et Ciaconum, ac Fulvium Ursinum, lib. *De Triclinio*.

Porro, primos Christianos usque ad vespem jejunasce docet Tertullianus, lib. *De Leviticis*, cap. x, et alii quos ibidem citat Pamellius; imo adhuc tempore S. Thomæ Aquinatis, qui floruit anno Domini 1290, jejunabant usque ad noonam; nam in jejuniis non nisi post officium vespertinum, puta post tres horas a meridie, quando Christus in cruce expiravit, licebat cibum sumere, et qui prius sumpsisset, cenabatur non jejunasce, idque ex decreto Concilii Cabilonensis, ut habetur *De Consecr.* dist. I, cap. *Solent*. Vide D. Thom., II, II *part.*, *Quæst.* CXLVII, art. vii, ubi tamen pro Cabilonensis irrepit Chalcedonensis.

Denique S. Antonium, S. Hilarionem, S. Pan- lum eremitam, ceterosque priscos ascetas et anachoretas quotidie jejunasce, nec cibum sumpsisse ante vespem patet ex eorum Vita. Audi et Virgilium:

Pendent lychni laqueisibus aureis
Luceas, et noctem flammis famula vincunt.

Nimirum comedere estimabant rem animaleem et vilem, ideoque indignam lucei dignam tenebris; unde de ea erubescabant, cavebantque ne sol eos comedentes aspiceret.

Quia ergo olim non prandebant in meridie, sed cenabant vesperæ et nocte, ideoque copioso utebantur lumine: unde Lucretius, lib. II:

Lumina nocturnis epulis ut suppelleretur.

Sic et Horatius, lib. III, *Ode* 2. In cœnaculis ergo et convivii lux erat, extra ea vero erant tenebræ, quæ proinde hic vocantur *exteriores*, quia extra

convivium sive. Græce enim non est *intra*, id est extrema, sed *foras extra*; id est externa caligo, quæ scilicet exterioris et extra convivii locum reperitur. Unde Lucas, xii, 28, habet: « Videlicet vos expelli foras. » Sensus ergo est, *q. d.* Fili regni, id est Iudæi, et Patriarchi Abraham, Isaac et Jacob destinati ad regnum cælestis, ob suam perfidiam, qua in Christum credere noluerunt, a regno episcopi ecclesiæ expelluntur in gehennam tenebrarum exterioris, Græce *foras*, id est a luce cælestis convivii regni quæ extores, alienissimas et remotissimas, nimirum profundissimas et obscurissimas. Gehenna enim est in centro terre, quod a superficie terre distat tribus millibus miliarium et amplius: quare tanta terre opacitas magna causat in gehenna tenebras. Id ita esse patet: *Primo*, ex eo quod Hebr. *צרתי* *chilton*, quod hic est in Matthæo, dicitur a *צר* *chuts*, sicut Græcum *foras* ab *for*, id est exterior ab extra: quia scilicet hic tenebræ sunt extra regnum et convivium cælestis, in quo epulantur et requiunt beati quasi filii lucis. *Secundo*, quia simili modo Christus, cap. xii, 13, servum non habentem vestem nuptialem eiecit e convivio in tenebras exteriores. *Tertio*, quia pari ratione ait Joannes de gehenna et damnatis, Ap. al. xiv, 20: « Calcatis est lacus extra civitatem, et exivit sanguis de lacu usque ad frons eorum per stadia mille sexcenta. » Nam post diem iudicii duo tantum erunt loca hominum, scilicet cælum pro electis et beatis, ac gehenna, sive lacus et tartarus pro reprobis et damnatis: quare qui a cælo, ubi erit civitas regni et convivii lucidissima, excludentur, hi extra illud relegabuntur in lacum et tartarum obscurissimum. Id hoc est quod ait Luc., xii, 28: « Cum videris Abraham, etc., in regno Dei, vos autem expelli foras. Et vers. 23: « Cum intraverit » paterfamilias et clausit ostium, incipietis foris stare. » Et Christus, Joan. vi, 37: « Eum, qui venit ad me, non eiecitur foras. » Et xv, 6: « Mittetur foras sicut palmes, et areolet, et colligent eum, et in ignem mittent, et ardent. » Et Apoc., iii, 12: « Qui viderit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras non egredietur amplius. » Et xi, 2: « Atrium autem, etc., eiecitur foras. » Et xii, 13: « Foris canes et venefici. » Ita S. Hieronymus. Quare minus recte Cajetanus censet tenebras exteriores opponi interioribus, que animam obscuro: exteriores ergo esse sensibiles, que lucem sensibiliter excludunt; interiores vero esse spirituales, que luce interna mentem spoliant.

Porro *exterior*, licet sit comparativus, tamen vicem habet positivam, quia positivus caret, aut potius superlativus, ut vult Jansenius; exterior ergo, id est extremus, extra domum vel locum longe positus. Tenebræ igitur exteriores sunt tenebræ a cælo et luce remotissimæ, tartaræ, profundissimæ. Magna enim erit pena damnatis cælo, id est consorcio Dei, Angelorum et Beatorum excludi, cum diabolis in tenebras gehennæ

ergastulum, imo tartarum, qua a Theologis vocatur pena damni, et equiparatur, imo a multis preponitur, quasi gravior et acerbior, penæ sensus, puta igni et combustioni, que tamen hic per tenebras exteriores quoque intelligitur. Bonique regnum cælorum, qui est locus Beatorum beatissimus et felicissimus; vocatur convivium, quia plena omni voluptate et gaudio omninoque deliciis, quibus perpetim quasi epulantur Sancti. Per tenebras enim exteriores denotatur carcerem inferni ejusque tormentum, per synecdocham et metonymiam, quia ibi ignis uti ferocissimus, ita et fumosissimus ac tesalobrossissimus, damnatos torquet, teste S. Basilio in prioribus *Exposit.* *Psal.* xviii, atque ad hoc tantum lucet ignis ille, ut damnatis suas penas suorunquæ sociorum videant et augeant, ut docet S. Gregorius, lib. IX *Moral.*, cap. xlii et xliii.

Denique per tenebras hic accipitur tum corporales, tum spirituales. Unde S. Augustinus, in *Psal.* v, per tenebras hic accipit cæcitate mentis, ex iudicio practico in damnatis falsissimo et perverseissimo, atque ex summo Dei vindictæ odio manentem, indeque consequentem obstinationem et impenitentiam. Damna enim ex odio et rabie in Deum, eo quod eos adeo cruciet in gehenna, judicant Deum, virtutes omniaque que Deus amat, sibi esse odienda; unde nil nisi malum amare possunt ex summa in Deum rabie ac salutis sui desperatione.

Id ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTUM. — Hæc phrasî significatur summus damnatorum in gehenna cruciatus, scilicet: per fletum, summus dolor; per stridorem, summus horror; qui omnino horrende torquentur et cruciantur, hi oculis *flant*, voce eculant, dentibus strident.

Quæres *primo*, an vero damnati in gehenna, r sumpto in die iudicii corpore, fiebant et lacrymæ fundant? Affirmat Maldonatius; minus alii negant tum quia ignis gehennæ ardentissimus lacrymæ omnes, si que essent, cohiberet: et illico desiccat; tum quia a lateras has lacrymas per omnia secula duraturus infinita flumina non sufficerent; tum quia eadem semper corpori sine nutrimento, mutatione et excretionem fecerunt vel lacrymarum, in æterno igne Deo integra conservantur; alioqui enim sensim totum corpus, imo infinita corpora in lacrymas resolverentur. Per fletum ergo et lacrymas hic catholicæ accipere singultus, gemitus, eculatus, omnisque complorantium gestus et lamenta, que sicuti coniungi solent.

Quæres *secundo*, an in gehenna vere erit stridor quo damnati dentibus strident? Respondetur affirmative: stridor enim hic oritur ex acerbità et horrore posarum; qui enim in equale tonentur, dentibus strident, eosque inter se collidunt. Addunt aliqui in gehenna esse stridorem ex summo frigore, ex eo enim proprie oritur stridor dentium; licet enim Jansenius et alii, in

gehenna censent esse merum summumque frigem, ideoque negent ibi esse frigus; tamen multi contrarium opinantur, scilicet, ibi quoque esse summum frigus, illoque cruciari et uri damnatos, juxta illud Job, xxvi, 29: « Ad nimum calorem transeat ab aquis rivium. » Ita Philippus presbyter, Beda, Lyranus et D. Thomas ibidem, ac S. Augustinus, lib. De *Triplex habitac.*, cap. ii; et S. Hieronymus, in cap. x S. *Matth.*, qui ait: « triplicem esse gehennam, nimirum ignis et frigeris, in Job xxiv, 16, plenissime legimus, » quasi ideo dicatur gehenna ignis, quod sit et gehenna frigeris. Sed hæc de re plura in Job, xxiv, 13.

VERS. 13. 13. ET DIXIT JESUS CENTURIONI: VADE, ET SICUT CREDIDISTI (Arab., *secundum fidem tuam*) FIAT TIBI. ET SANATUS EST PUER IN ILLA HORA. — eodem momento, quo Jesus dixit *fiat*. « Vade, » id est redi letus et alacer domum tuam. Est particula annuentis et concedentis id quod petitur; unde sequitur: « Et sicut credidisti, fiat tibi: » Credidisti me absentem solo verbo posse servum tuum curare, curat ergo absens verbo meo *fiat*. Hinc videtur quod Christus non sit ingressus domum Centurionis, nec servum ejus tulerit, aut allocutus sit, sed in loco ubi ei occurrit Centurio, dicens: « Domine, non sum dignus, etc.; sed tantum die verbo, et sanabitur puer meus, » illico eum curavit, ut eum in fide confirmaret, seseque Messiam, imo Deum esse ostenderet, nimirum: magna fides magna meretur, magna fiducia magna impetrat; quantum a Deo speras, tantum obtinebis. Unde S. Bernardus, *serm.* 13 in *Psal.* *Qui habitat*, ubi ait Dei ad Josue, cap. i, promissum: « Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vester erit, » tropologicè explicans, ait: « Sperante in Deo, omnis congregatio populi; quemcumque enim locum calcaverit pes vester, vester erit: pes vester utique spes vestra est, et quantumcumque illa processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit et non filibet; » quia Deus cum sit liberalissimus, ac fiducia, quam in eo collocamus, valde honoratur, non patitur se fiducia nostra vinci, sed eam superare destinat. Unde illud ejusdem S. Bernardi, *serm.* 3 De *Amant.*: « Sola spes apud te (Domine) miserationis obtinet locum, nec oleum misericordie nisi in vase fideiæ ponis. »

Tropologicè: a Centurione discant heri, quantum servis curam impendere, quantoque pretio eos habere debeant; illi enim hic servus erat *prepositus*, ut ait Lucas, ideoque Christum tanto seniorum et amicorum impendio ad eum curandum evocavit: sic vicissim servi heris majori studio, amore et reverentia obsequuntur. Audi Eccles. astutium, xxxiii, 21: « Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta. » Vide ibi dicta. Sapiens Seneca, licet gentilis, *epist.* 47: « Servi, inquit, sunt? sed homines. Servi sunt? imo contubernales. Servi sunt? imo homines amici. Servi sunt? imo conservi, si cogi-

Quæ-
tunt
ras, in-
tum im-
betras.

tantum locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vester erit, » tropologicè explicans, ait: « Sperante in Deo, omnis congregatio populi; quemcumque enim locum calcaverit pes vester, vester erit: pes vester utique spes vestra est, et quantumcumque illa processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit et non filibet; » quia Deus cum sit liberalissimus, ac fiducia, quam in eo collocamus, valde honoratur, non patitur se fiducia nostra vinci, sed eam superare destinat. Unde illud ejusdem S. Bernardi, *serm.* 3 De *Amant.*: « Sola spes apud te (Domine) miserationis obtinet locum, nec oleum misericordie nisi in vase fideiæ ponis. »

Tropologicè: a Centurione discant heri, quantum servis curam impendere, quantoque pretio eos habere debeant; illi enim hic servus erat *prepositus*, ut ait Lucas, ideoque Christum tanto seniorum et amicorum impendio ad eum curandum evocavit: sic vicissim servi heris majori studio, amore et reverentia obsequuntur. Audi Eccles. astutium, xxxiii, 21: « Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta. » Vide ibi dicta. Sapiens Seneca, licet gentilis, *epist.* 47: « Servi, inquit, sunt? sed homines. Servi sunt? imo contubernales. Servi sunt? imo homines amici. Servi sunt? imo conservi, si cogi-

tantum locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vester erit, » tropologicè explicans, ait: « Sperante in Deo, omnis congregatio populi; quemcumque enim locum calcaverit pes vester, vester erit: pes vester utique spes vestra est, et quantumcumque illa processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, ut firma sit et non filibet; » quia Deus cum sit liberalissimus, ac fiducia, quam in eo collocamus, valde honoratur, non patitur se fiducia nostra vinci, sed eam superare destinat. Unde illud ejusdem S. Bernardi, *serm.* 3 De *Amant.*: « Sola spes apud te (Domine) miserationis obtinet locum, nec oleum misericordie nisi in vase fideiæ ponis. »

Mysticè: Centurio esse quilibet homo, qui suis membris, sensibus, viribus et potentis quasi miliaribus præcet, ut militent et serviant Deo. « Militia enim est vita hominis servæ terram. » Job vii. Quare si quis in eo sensus vel appetitus languet, et paralyti gula, acedit, luxurie, superbie, etc., labore, adest, invocet Jesum cum humilitate et fiducia per amicum, id est Sanctorum intercessionem, nec desistat, donec illi sanitatem impetret.

14. ET CUM VENISSET IN DOMUM PETRI, VIDIT SOCROS EJUS JACENTEM ET FEBRICENTEM. — Est hysterologia sive inversus ordo. Hoc enim miraculum et cætera Christi gesta, que deinceps narrat Matthæus usque ad finem capituli noni, confugerunt ante curacionem leprosi et servi Centurionis, imo ante ascensum et sermonem Christi in monte, ut colligatur ex Marco, i, 22 et 29, ac Luca, iv, 32 et 38, atque ex ipso Matthæo: sermo enim Christi in monte habitus fuit coram duodecim Apostolis, ac consequenter coram ipso S. Matthæo, qui tamen suam vocacionem post hæc describit, cap. ix, 9. Nimirum voluit Matthæus initio predicacionis Christi breviter describere doctrine editum a Christo in monte, ac deinde miracula, quibus eandem Christum tam ante sermonem, quam post eum confirmavit, ordine per-textere; quia hoc miraculum curacionis sororù Petri contigit Caparnaï, ubi et contigit curatio leprosi et servi Centurionis, sed hæc post sermonem, illud autem, ut dixi. Hæc ergo est series rei gestæ, ut patet ex Marco et Luca: Christus cum a piscatione Petrum et Andream vocasset ad sui sequebam, uti narravit Matthæus, iv, 18, ingressus Caparnaïm, ibi in Synagoga predicavit et sanavit demoniaicum, indeque pergens ad domum Petri, ibi sororum ejus febricitantem sanavit. Hoc ergo miraculum et cætera sequentia usque ad finem cap. ix Matthæi, recto historie ordine at leponenda forent, et inferenda cap. iv Matthæi, statim post vers. 22.

In domum Petri; — que Petri et Andree, ut habet Marcus, i, 29, paulo ante fuerat; jam enim interitus omnia reliquerat, Christianique pauperem pauper secutus erat. Bonus ergo locus erat Bethesda; hæc enim erat patria Petri, Joan. i, 44, ac Bethesda vicina erat urbi Caparnaï; ab ea enim distabat lar-

tum hinc sequitur: aut certe domus hæc erat ipsius socrus Petri, quæ habitabat in ipsa urbe Capharnaï, apud quam proinde urbem ingrediens divertere solebat Petrus; Capharnaï enim hæc configisse insinuant Marcus et Lucas. Socrus hæc erat mater uxoris S. Petri; ipse enim a conjugio vocatus est a Christo, tumque reliquit uxorem et filiam ex ea genitam, quæ postea a patre Petro dicta est Petronilla, ac secutus est Christum: in Evangelii autem nemo Apostolorum legitur habuisse uxorem, nisi solus Petrus. Porro, uxor S. Petri vocabatur Perpetua, ait Molanus die 4 novembris, licet alii Concordiam, alii Mariam nominatam dicant, quæ ad Christum conversa, cum ob ejus fidem duceretur ad martyrium, corroborata fuit a S. Petro, dicente: « O conjux mea, memento Domini, » Christis scilicet, qui pro te mortem crucis alacriter sustinuit, ut pro eo vicissim generose sanguinem profundas, ut narrat Clemens Alexandrinus, lib. II *Strom.*, et ex eo Eusebius, lib. III *Histor.*, cap. xxx. Petronilla autem ob egregiam formam a Indecum Comile in conjugem appetita, sum tres indecum dies postulasset, tertio die a Nicomede sacerdote percepta sacra synaxi, in virginitate animam Deo reddidit, ac inter sanctas virgines relata extat in tabulis Ecclesiasticis ultima die maii, ejusque sacra Lipsana hic Romæ venerantur in Basilica S. Petri.

VIDIT SOCRO SUUM JACENTEM. — Græce ἐθεώρησεν, id est dejectam et prostratam, viribus eam omnino deficientibus ex gravitate tum morbi, tum ætatis (erat enim vetula), ideoque in periculo mortis constitutam. Acutas et ardentes fuisse has febres, ideoque in vetula incurabiles, ex Hippocrate docet Guillelmus Ader medicus, lib. *De Egritis a Christo sanatis*, cap. viii.

ET FEBRICITANTEM. — « Magnis febribus, » ait Lucas, iv, 38. Græce πυρετώδη, id est febrientem, æstuantem. Græce enim πυρετός dicitur a πυρ, id est ignis, sicut Latine febris a fervendo, ait Servius, febris enim est calor exstans et versus in ignem. Hinc tropologie: febris animæ est ignis concupiscentiæ, puta ardor et æstus libidinis, gula, superbiæ, invidiæ, etc. Audi S. Ambrosium, lib. IV, cap. iv in *Lucæ*, 38: « In typo socrus Simonis et Andree, variis criminum febribus caro nostra languebat, et diversarum cupiditatum inmodicis æstuabat illecebre. Nec minorem febrem amoris esse dixerim quam calor. Itaque illa animam, hæc corpus inflamat. Febris enim nostra avaritia est; febris nostra libido est, eo quod ignitis sint cupiditates. Unde et Apostolus ait: *Si non se continent, nubant: melius est nubere quam uri.* Febris nostra luxuria est; febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis vitia sint, ignem tamen in sensibus implicat, mentem, animum sensumque perturbant. » Subjicit luxuria febrientis exemplum Theotimi, qui au diens a medico se perdituram oculos, si uxori misceretur: libidine

victus, exclamavit: « Vale, amicum lumen. » Sic a febre, ait S. Ambrosius, libido flagrantior est, graviusque præcipitat et inflammat. Sed ubi quis resipuerit a furore, tunc conscientie interioris aperitur visus, factique penitentia succedit, et pudenda sui quisque factioris erubescit. Tunc Deus timetur, et peccator se cupit celare, sed non potest; tunc caro arguitur, diabolus accusatur: hæc quasi lena vitiorum, illo quasi auctor erroris. »

Christus ergo e celo medicus venit, ut æstum hunc febris concupiscentiæ in nobis rore gratiæ suæ restinguat et sanet, quæ proinde sic febrienti assidue invocanda est.

Quicumque ergo laboras febris luxuriæ, non dico ut monasticam vitam capessas, non ut corpus ciliicis et disciplinis conficias, non ut aquam bibas, sed rem facilem et efficacem suggero: sepe sume sacram synaxin, et per illam indue Christum in domum animæ tuæ: ipse est virgo et virginis filius, ac virginea sua carne æstum hunc restinguet. Sane hoc potentissimum esse contra luxuriam remedium, et S. Scriptura docet, et SS. Patres testantur, et experientia quotidiana comprobatur. Hoc est enim « frumentum electorum et vinum sermians virgines, » de quo Zacharia, ix, vers. ult. Vide ibi dicta.

Porro, novem sunt analogiæ febris corporis et animæ. *Primo*, febris fit, cum noxius humor et vitiosus calor, naturali calori repugnans, cor afficit vel inficit: sic febris animæ fit, cum voluntas hominis noxio amore concupiscentiæ, qui Dei amoris repugnet, imbutur.

Secundo, sicut febris tollit temperiem humorum et qualitatum in corpore; sic febris animæ tollit temperiem passionum, affectuum et actionum ejusdem.

Tertio, sicut febris ex pulsu inordinato dignoscitur; sic febris animæ ex cogitationibus et sollicitudinibus nimis, mentem crebro pulsantibus.

Quarto, febris excitat sitim, quam febrientes bibendo non extinguunt, sed accunt et augent; sic febris animæ excitat sitim opum, honorum, voluptatum, quæ eas hauriendo non extinguunt, sed augetur, juxta illud:

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aque.

Quinto, febris ex frigore uritur, et desinit in calorem et æstum; sic febris animæ sepe oritur ex negligentia, otio et torpore: inde enim cupiditas ardoreque luxuriæ, gula, superbiæ, accenditur et inardescit.

Sexto, febris gustum vitiat ut dulcia et mellea ei videantur amara, eo quod ipse pravo humore infectus sit; sic febris animæ facit, ut res divine, conciones, lectiones spirituales, colloquia pia, monita sancta ei desipiant.

Septimo, febris corpus sanum, pulchrum, vegetum facit infirmum, pallidum, deforme, exsuo-

com et horridum; sic febris animæ eandem facit debilem, turpem, spiritu vacuum, enervem et horridam.

Octavo, febris hominem agitat, nec quiescere sinit, sive pronus, sive supinus, sive in latum decumbat; sic febris animæ facit hominem inquietum, ut nusquam consistat figatque mentem, sed ab una cupiditate, utpote brevi et instabili, labatur in aliam et aliam.

Novo, febris una subinde gignit aliam et aliam; sic unum vitium parit aliud et aliud; nam accidia parit gulam, gula luxuriam, invidiam, etc. Denique febre pestilente laborat hæreticus; hæctica et lentæ pestilentiæ et aedus; quotidiana gulosus; tertiana inconstans; quartana luxuriosus; tumida superbus; sitibunda avarus.

13. ET TERTIO MANU EJUS, ET DIMISIT EAM FEBRIS, ET SUBREXIT, ET MAESTRABAT EIS. — Marcus, i, 31: « Apprehensa, » ait, manu elevavit eam. » Lucas, iv, 39: « Stans super illam, » non quod pedo illam calcaret, sed *super*, id est juxta illam, scilicet modice inflexo capite versus illam, quasi incubuit super eam, velut compellans, jubensque elevata manu ut surgeret, ac febris, ut discederet. Adhuc Lucas imperavit febrim. Græce ἐπέταξε τὴν πυρετὴν, id est increpavit febrim, hoc est cum valida auctoritate et quasi comminatione jussit febrim ut accesseret. Unde Euthymius: « *Ἐπέταξε*, ait, non est hic proprie increpavit, sed præcepit. » Præclare B. Petrus Chrysologus, *serm.* 48: « Videtis, inquit, quomodo dimittit febris, quem tenuerit Christus: ibi non stat infirmitas, ubi auctor salutis assistit; accessus illuc mortis nullus est, ubi vivificatoris ingressus est. Tenuit, inquit, manum ejus. Quæ necessitas tangendi erat, ubi inerat jus jubendi? Sed Christus tenuit manum mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortem. Tenuit manum ejus, ut quod manus presumentis amiserat, manus repararet auctoris. Tenuit manum ejus, ut acciperet indulgentiam manus, quæ carperat de morte sententiam. »

ET DIMISIT EAM FEBRIS, ET SUBREXIT — « *confindo*, » ait Lucas, scilicet eodem instanti quo Christus eam tetigit, non tantum curata est a febre, sed ita valida effecta ut resurgeret, et Christo cum Petro et sociis ad mensam accumbenti ministraret, nimirum sanitate recepta sapienter usa est, non ad otium, sed ad Christi sanantis obsequium. Tropologie: cum aliquo animæ morbo et vitio laboras, Christum ad te et invoca, ut sanet te faciatque ut sanatus non otioso vivas, sed sedulo ei servias.

16. VESPERE AUTEM FACTO, OBTULERUNT EI MULTOS DEMONIA HABENTES, ET EJICIEBAT SPIRITUS VERBO (solo jussu, dicens: Exite), ET MULTOS MALE HABENTES CURAVIT. — « *Manuum impositione*, » inquit Lucas, iv, 40; scilicet, non dedignatus est Christus manibus suis purissimis et divinis tangere ulcerosos, saniosos, scabiosos, leprosos, etc.,

ut contactus sui divini vim et efficaciam ostenderet, illico omnes sanando. Porro, Deus permisit tempore Christi multos agrotare et a demone possideri, ut Christo daret materiam exercendi misericordiæ et omnipotentis super in eis sanandis discipulandi.

17. UT ADMPLERETUR QUOD DICTUM EST PER ISAIAH PROFETAM, DICENTEM (cap. lvi, 4): IPSE INFIRMITATES NOSTRAS ACCEPIT, ET EGROTATIONES NOSTRAS (Arabicus, *dolores nostros*) PORTAVIT. — Verba hæc Isaiæ duplicem habent sensum: *Primo* est de morbis animæ, id est peccatis eorumque poenis, quas in se suscepit et in cruce exsolvit Christus, et hoc maxime intendit Isaias, ut patet ex sequentibus et ex verbo « portavit. » Secundus est de morbis corporis, qui typi sunt æque ac effectus morborum animæ, quos Matthæus hic ait Christum portasse; non quod eos in se suscepit, quæ enim indecens fuisset, et impedimentum Christo ad circumcundum Judæam, in eaque predicandum, sed quod portavit eos per compassionem, sublatis scilicet ipsis morbis morbidisque pensandis, sicut medicus dicitur per compassionem et curam portare et sustentare ægros, dum curam agritudines lenit, curat et sanat. Unde Syrus veritas *agritudines nostras sustinebit*, quomodo Apostolus ait: « *Altera alterius onera portate*, » *Galat.* vi; præsertim quia Christus tot cruciatibus ipsamque crucis mortem vel in hac vita, vel in resurrectione aboleret, hoc est peccatum cum omni sua prole et pena tolleret. Sicut ergo Christus peccata nostra portavit, sic et morbos poenæque nostras: hæc enim o peccato manarunt, adeoque Christus habuit potestatem morbos curandi, ex eo quod eos ipse in se luendos et in cruce expurgandos suscepit. Ita S. Chrysostomus et Origenes. Vide dicta Isaiæ, cap. lvi, 4.

18. VIDENS AUTEM JESUS TURBAS MULTAS CIRCUM SE, JUSSIT IRE TRANS FRETUM. — Jesus predicans sanansque ægros juxta mare Galilee, vite stagnum Genesareth, cum turba plurima afflueret eumque obrueret, ut eam effugeret, jussit discipulis ut navim conscenderent et secum stagnum hoc trajicerent, docens nos in bonis operibus studiose auram popularem et vanam gloriam vitare debere, ac mystice amarus seculi fluctus pertransire, ait Glossa.

19. ET ACCEDENS UNUS SCRIBA (id est legisperitus, sive doctus), AIT ILLI: MAGISTER, SEQUAR TE, QUOCUMQUE IERIS. — Scriba hic videns Jesum parare abitum ut transfretans motus ejus predicacione, miraculis et populi multitudinis concursu, cupisset ei associari, unde ait: « *Sequar te*, » velut discipulus magistrum, ut faciant Aposoli ceterique tui sequaces. *q. d.* Cupio velut discipulus me tibi tradere in disciplinam, ut a te velut summo sapientiæ magistro erudiar, former et dirigat ad omnem sapientiam, honorem et gloriam.

20. Et dixit ei Jesus: **Vulpes foveas** (Græco, *quædam*, id est cavernas, speluncas) **habent, et volucres cœli nidos** (Græco *κατακλιμαίοντες*, id est umbracula ex ramis et frondibus arborum contexta. S. Cyprianus, lib. I *Ad Quirinum*, cap. XI, et S. Augustinus, lib. XVII *Contra Faustum*, cap. XLVIII, vertunt *diversaria*), **Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.** — *q. d.* Villa, intulit et noxia animalia, uti sunt vulpes et aves, præsertim rapaces, habent suos nidos; at Filius hominis, id est ego natus ex virgine et factus homo, nil habeo proprii, ne pulvinar quidem, aut lectum, vel scamnum, in quo fessum caput corpusque recumbam: mo ergo ditiores sunt vulpes et aves, ac plus commoditatis habent quam habeam ego. Putas me commodè lauteque vivere, falleris; nam ego ne quidem tantum habeo proprii, quantum aves et vulpes, quæ parvas et pauperimas habent domos ad quiescendum, suos catulos vel pullos educandum.

Detegit latens avaritiæ ulcus in Scriba. *q. d.* Tu cupis me sequi, quia vides me populo esse gratum et sanitate et beneficia quæ ei confero. Unde speras te in mei sequela posse rem tuam augere et multa bona corrado, quasi ego ex Evangelio me meoque locupletem, sed erras; quia ego velut perfectionis magister, pauper sum et paupertatis studiosus, talesque volo esse meos discipulos, ut expediti a cura rerum temporalium, toti vacent mihi et Deo, ac prædicationi, in qua satagant verbo et exemplo omnes ad cœlestia ipsunque cœlum traducere. Quod audiens, siliit, ac spe sua frustratus, ab oculis Christi se subduxit, ut tacito hic innuit Matthæus. Simili modo Christus filius Zebedæi per matrem primas in regno suo potentibus, respondit, propinquavitque sum calcem passionis et martyrii: « Potestis, inquit, bibere calcem, quem ego bibiturus sum? » *Matth. xx, 22.* Ita S. Hilarius, Theophylactus, Euthymius et S. Hieronymus: « Quid, inquit Hieronymus, me propter civitatis et sæculi lucra sequi vis, cum nec hospitium habeam? » Et S. Augustinus, *De Verbis Domini*: « Elatus, ait, et dolosus non me sequeris. » *Item* S. Augustinus, *De Quæst. Evang., Quæst. V*: « Intelligitur, inquit, hic miraculis motus, Christum ob jactantiam sequi voluisse, quam significant aves, et discipuli obsequium finxisse, quæ fictio vulpis nomine significata est. » Et Interlinearis: « Elatio, ait, nidum fecit cor tuum. »

Hæc Christi sententia S. Hieronymus, epist. 1 *ad Heliodorum*, eum ad suam in Syria eremum invitans, extimulavit: « Filius hominis, inquit, non habet ubi caput reclinet, et tu amplas porticus et ingentia tectorum spatia metiris? Hereditatem expectans sæculi, Christi coheres esse non poteris. » Et paulo ante: « Cur timido animo christianus es? Respice a Petro relictum rete; respice surgentem de throno publicanum statim apostolum, etc. Servus Christi nihil præter Christum habet. »

Hoc Christi exemplum imitentur religiosi, per professionem paupertatis Deo se unientes et ab ejus providentia alimoniam expectantes. Unde S. Franciscus ad eam suos exhortans, ne erubescerent mendicare: « Nolite, inquit, verecundari petere elemosynam, quia Dominus pro nobis fecit se pauperem in hoc mundo, ejus exemplo elegimus viam verissimè paupertatis. Si enim ipsius amore viam paupertatis elegimus, non debemus confundi stipem mendicare: arham cœlestis hereditatis erubescere, nequaquam convenit regni cœlorum hereditibus. Hæc est enim hereditas nostra, quam acquisivit et reliquit nobis Dominus Jesus Christus, et omnibus qui suo exemplo vivere volunt in sancta paupertate. » Addebat petentes stipem plura offerre dantibus quam ab eis reciperent: « Quoniam, inquit, offeritis eis amorem Dei, dicentes: *Amore Domini Dei factis nobis elemosynam*, ejus comparatione nihil est cœlum et terra. » Et rursum: « Evangelica hæc paupertas, ait, nostri ordinis est fundamentum, ut ipsius firmitate firmetur et eversione funditus evertatur. Quantum itaque fratres declinabunt a paupertate, tantum mundus declinabit ab eis, ac quærent et non invenient. Si dominam meam paupertatem complexi fuerint, mundus eos nutriat, quia mundo dati sunt ad salutem: debent enim ipsi mundo bonum exemplum, debet eis mundus provisionem necessitatum; quando autem ipsi retraxerint bonum exemplum fidei mentis, retrahet mundus manum justæ censure. » Ita Annales Franciscanorum.

Ex hoc ergo loco refellitur heresis damnantium voluntariam paupertatem, quam profitentur religiosi, ejus auctor fuit quidam Desiderius Longobardus, tempore Alexandri IV Pontificis, et alius eodem tempore dictus Guilielmus de S. Amore, quos valide confutarunt S. Thomas et S. Bonaventura. Perperam tamen ex adverso ex hoc eodem loco inferabant hæretici, dicti Apostolici, paupertatem hæc omnibus Christianis esse necessariam ad salutem, teste S. Augustino, *hæresi* 40. Perperam quoque ex eodem concluderunt Vadiani sive Anthropomorphytæ, ac Waldenses, sive pauperes de Lugduno et Wicleff, episcopis et sacerdotibus non licere habere possessiones, et sed eos debere ex elemosynis solvi vivere, quia ex eis vixit Christus; Christus enim hoc fecit et consultit ut perfectus, non autem præceptit ut necessarium ad salutem. Unde hic error multis decretis et conciliis refutatur.

Rursum ex hoc loco patet paupertatem ejusque vim et medullam in eo consistere, ut quis nil habeat proprii, nec ulli rei quasi propriæ afficiatur; sed affectum ab omni re propria liberum soli Deo servet et resignet, cui non repugnat, imo conforme est possidere in communi re ad vitam necessarias. Unde religiosi omnes, præter Franciscanos, ex decreto Concilii Tridentini, sos-

Darpen-
las Evan-
gelica
commen-
datur.

Illos
dicuntur
portant

Filius
hominis
Christus,
cujus?
Resp.
Primo.

Secundo.

Tertio.

sione 35, cap. III, possunt habere bona etiam immobilia in communi, ne cogantur mendicare esseque solliciti de victu quotidie conquiendo, neve fidelibus sint graves et onerosi; Christus enim cum Apostolis habuit bona in communi, quorum receptor et dispensator erat Judas, ut patet *Joan. vi, 6.* Eodem habuere et haberi jussere religionum fundatores sanctissimi et doctissimi, ut S. Augustinus (qui, *epistol.* 109, jubet monialibus, ut si quid in sæculo habuerint, id in monasterio velint omnibus esse commune); S. Basilii, S. Benedicti, S. Bernardus, S. Bruno et ceteri. Vide S. Thomam, II, II, *p.*, *Quæst.* CLXXXVIII, art. VII, quia et Justinianus Imperator, in *Authent. Collat. I, Constit. V, § Illud*; et *Collat. XI, Constit. IV, § Si qua*, edidit legem qua jubet ut eorum bona, qui monachi sunt, eo ipso ad monasteria pertineant.

Tropologicè: S. Gregorius, lib. XIX *Moral.*, cap. I, « Vulpes fraudulentæ, inquit, in specubus absconduntur et tortosis anfractibus currunt; aves volatu se sublevant: significantur ergo fraudulenta et elata demonia in illius corde habitare, nec posse Christi humilitatem in superba mente quiescere. » Et Rabanus: « Hæretici, ut vulpes, versuti; ut volucres, id est maligni spiritus, in Judeorum cordibus nidos habebant. »

Symbol.

Symbolicè: S. Bernardus, in *Declinat.*: « Prudentiam carnis, ait, in fovea vulpis; in nido volucris arguit cordis elevationem. Prudentia carnis est, quia aliqui abremittentes sæculo, toto sese divino committere nutui formidantes, aliquid sibi reservant, quod totam massam corrumpit. » Tritum est illud S. Basilii ad Senatorem sæculo renuntiantem, sed ea lege, ut aliquid e bonis sibi reservaret: « Senatorem perdidisti, et monachum non effecisti; » quod citat laudatque Cassianus et alii.

FILIUS HOMINIS. — Id est homo ab homine prognatus: ita passim se vocat Christus studio humilitatis, quia ipse, cum esset Deus, pro nobis dignatus est incarnari ferique homo.

Sed cujus hominis filius est Christus? *Primo*, Gentiles per hominem intelligebant Joseph; unde eum ex semine Joseph, non ex Spiritu sancto genitum natumque esse contendebant, ut testatur S. Justinus, *Quæst. LXVI ad Orthodoxos*. Verum ex Scriptura et Symbolo constat Christum conceptum esse ex Spiritu sancto, et natum ex Virgine Maria.

Secundo, Theophylactus: « Christus, ait, est filius hominis, id est filius B. Mariæ virginis et matris suæ; homo enim est communis generis, tanquam de femina, quam de viro dicitur, æque ac Græcum *ἀδελφός*. Verum obstat articulus masculinus *τὸ ἀδελφός*, id est hominis viri. »

Tertio, melius alii: Christus, inquit, vocatur filius hominis, id est filius Abraham vel Davidis; his enim promissum est, quod ex eorum posteris nasceretur Messias, sive Christus: unde horum filius in Scriptura vocatur Christus.

Quarto, alii: Christus, inquit, est filius hominis, id est hominum, puta patriarcharum et regum, ex quibus genealogiam Christi Matthæus contexit, cap. I.

Quinto et optime, Christus est filius hominis, scilicet Ade, quia ex Adam, æque ac ceteri homines, prognatus est. Adam enim absolute vocatur homo et parens cæterorum: unde *Adam* Hebraice idem est quod homo; alludit enim ad Ezechielem, II, I, ubi Ezechiel, qui fuit Christi typos, vocatur *filius hominis*, Hebr. אדם בן אדם *ben Adam*, id est filius Ade. Unde S. Gregorius Nazianzenus, *orat. 4 De Theolog.*: « Christus, ait, dicitur filius Adam, ut sonant Hebraea, ut se patrem hominem non habere ostendat, sed per Virginem matrem ex Adam usque genus traxisse. Nasci enim voluit ex Adam, ut Adami et posterorum in eo lacum repararet. » Unde et S. Augustinus, lib. II *De Consensu Evang.*, cap. I: « Commendat nobis, inquit, quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis, et velut mysterium commendans admirabilis incarnationis suæ, nomen hoc sæpius attribuit nostris insinuat. »

Plus autem significat filius hominis quam homo quia homo potest creari a solo Deo, ut creatus es Adam; filius autem hominis significat prognatum ex Adam communi parente, ut significatur *Primo*, immensa Christi humilitas, quæ ex peccatore nasci dignatus est, ejusque miseria et mortem in se suscipere in terreo corpore a sese assumpto. Adam enim dicitur ab *Adama*; sicut homo ab *homo*; *mortalis a morte*. Vnde dicit Ezechielis, II, I. *Secundo*, mira Christi cum hominibus fraternitas et charitas, quæ ex eodem communi omnium parente Adama nasci voluit in Bethleem, ut feret hominum omnium frater et consanguineus, utque intime resereretur et uniretur nature humane, hominumque ceteri per humanam generationem et naturalem ex homine nativitate, eo modo quo explicui cap. I, 18, juxta illud: « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, » *Isaia* IX, 6. Filius ergo hominis notat Christi summam mansuetudinem, familiaritatem et demissionem æque ac amoris blanditias, quibus se hominibus offert quasi filium hominis, ac parvulum parvulis, ut cum eo quasi dilectissimo puerulo, ac suavissimo fraterulo deliciarum et suaviter, juxta illud: « Delicia mea esse cum filiis hominum. » *Præc.* VII. Quid times, o homo, accedere ad Jesum? Ecce filius hominis est; quid metuis, o peccator, Dei iram? accurre ad Jesum hominis filium, et factum pro te parvulum; non est in orbe dulcor eo præteris, non est blandior filiolus; factus est enim filius hominis, ut humanibus se in pretium mortis, æque ac delictum amoris daret: « Venit enim filius hominis querere, et salvum facere quod perierat. » *Luc.* XIX, 10. Et: « Non venit filius hominis ministrare, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis. » *Matth.* XX, 28.

Filius hominis ergo est nomen proprium, vel potius appropriatum Christo; hoc fuit portentum alienationis, portentum charitatis, portentum sacerdotum omnium, quod Filius Dei uigenitus pro hominibus dignatus sit fieri filius hominis, ut cum hominibus conversaretur eosque doceret vitam salutis, ac cruce sua redimeret, salvaret et heret in caelis: *ἀρραβας*; enim (id est homo), ut ait Plato in *Cratylo*, dicitur quasi *ἀρραβίον ἄ ζωον*, id est *contemplans quae vidit*. Alii quasi *ἄραβιον*, id est *cursum vergens*, scilicet in caelum. Hinc Christus ait de se: « Nemo ascendit ad caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo. » *Joan. 1, 13*. Ipse ergo vere est *ἀρραβας*, ac suos assecelas pariter facit *ἀρραβας*, qui relicta terra non nisi coelestia spectent et ambient, iuxta illud: « Si consurrexeritis cum Christo, quae sursum sunt quaerite. » *Coloss. 3, 1*.

Quocirca S. Hieronymus, epistol. 26 ad *Pammachium*, Patricium romanum, monachi vitam profectum, ita ad perseverandum extimulat: « Quantumcumque te deieceris, humilior Christo non eris. Esto incedas nudis pedibus, fusca tunica vestiaris, aegeris pauperibus, inopum celulas dignanter introas; cecorum oculus sis, manus debiliu, pes claudorum; ipse aquam portes, ligna concidas, foenum extrus: ubi vincula? ubi sputa? ubi alape? ubi flagella? ubi patibulum? ubi mors? Et cum omnia qua dixi feceris, ab Eustochio tua Paulaque vinceris, si non opere, certe sexu. »

21. ALIUS AUTEM DE DISCIPULIS EJUS AIT ILI: « DOMINE, PERMITE ME PRIMUM IRE, ET SEPULIRE PATREM MEUM. — Discipulus hic non fuit unus e duodecim Apostolis, sed alius vocatus a Christo ad sui sequelam: suppleendum est enim hic ex Luca, cap. lix, Christum eidem prius dixisse: « Sequere me; » ille vocationem Christi non respuit, sed expleta pietate paterni funeris, vult liberior sequi, ait Glossa. Ex responsione ergo discipuli, quam narrat hic Mattheus, intelligenda et supplenda est interrogatio et vocatio Christi, quam assignat Lucas, juxta Canonem 18.

DOMINE. — Reverent et obsequenter compellat Christum, vocatque Dominum, quasi ejus servituti se subdere volens, cum prior Scriba audaculus Christum vocavit Magistrum, ut merito ille relictus, hic acceptus sit. Quantum in Scriba mali, tantum in hoc homine boni fuit, ait S. Augustinus, serm. 7 de *Verbis Domini*.

PERMITE ME PRIMUM IRE, ET SEPULIRE PATREM. — Theophylactus, in cap. ix Lucae, et ex eo Franciscus Lucas, putant adhuc patrem fuisse vivum, q. d. Permisse me manere apud patrem jam venem ejusque senectuti inscrivere, donec moriatur, tunc pietatis officio pariteret, sequar te. Longiores ergo petit indulcias. Planius et praecisus S. Chrysostomus et alii censent patrem fuisse mortuum: non enim sepelitur, nisi mortuus; opportune ergo et suavissime eum vocavit

Christus, q. d. Mortuus est jam pater tuus, sequere me: ego ero tibi pater longe melior: ille tua, tu mea indiges opera: ille vitam carnalem tibi dedit, ego dabo tibi spiritualem et aeternam; ille te similem sibi in corpore formavit, ego te similem meo in anima, puta in gratia et gloria efficiam: faciam enim te nisi Evangelii praedictorem et apostolum.

Clemens Alexandrinus, lib. III *Stromat.*, cap. II, opinatur Philippura, postea apostolum, fuisse illum cui Christus dixit: « Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. » Verum obstare videtur, quod iam pridem Philippus vocatus erat a Christo, eumque sequebatur, ut patet *Joan. 1, 43*; nisi dicas Philippum jam ante secutum fuisse Christum, sed cum audisset patrem suum vita functum, eum sepeliendi facultatem a Christo petisse, sed non impetrasse; unde et hic vocatur discipulus: « Alius, inquit, de discipulis ejus ait illi: Domine, permittite me primum ire et sepelire patrem, » ut eo sepulso plane tibi adhaerem et per omnia constanter te sequar, idque satis verisimile, praesertim quia Clemens idipsum pro certo habet.

22. JESUS AUTEM AIT ILI: SEQUERE ME, ET DIMITTE MORTUOS SEPULIRE MORTUOS SUOS. — Iterato vocat eum Jesus, iterans *sequere me*, scilicet ante excusationem ejus et post illam, quia efficaciter volebat eum sibi discipulum: unde impedimentum ab illo obiectum discutit, velatque redire ad patrem sepeliendum; sed ita ut causas suae vocationis justissimas alleget, quibus vocatum crudelit, soletur et animet ad vocationem illico sequendam, ait ergo: « Dimittite mortuos sepelire mortuos suos; » ubi nota Christum non damnaare sepulturam mortuorum, quod est opus misericordiae laudatum in Tobia, sed velle docere Deo vocanti statim esse obediendum: scilicet enim Deus impedimenta nostra, ac dum eum is nos vocat, vult nos illa abrumper, ac gratiam operum suam ad id faciendum facile promittit et spondet; quare jubet sequelam et vocationem Dei preferendam esse sepulture, etiam parentum, Deum homini. Ludit Christus in voce *mortuos*: prius enim *mortuos* spiritualiter, puta infideles et fide gratiaque Dei destitutos significat, ait S. Chrysostomus, Hieronymus et Augustinus; *Quaest. VI in Mattheum*; postorius *mortuos* corporaliter intelligit: sicut enim corpus ab anima separatum est mortuum, sic anima a Deo separata est mortua; sicut enim corporis vita est anima, sic anime vita est Deus, ait S. Augustinus. Sensus ergo est, quasi dicat: Sine *mortuos*, id est infideles (id est Judaeos fidem meam respicientes) immersos peccato et mundo, ac gratia Dei et spiritu destitutos, sepelire suos, id est sibi analogice similes; aut suos, id est sibi cognatos et affines *mortuos* corporaliter, forte enim spiritualiter: te enim volo me, qui vera sum vita, sequi, et mecum

vivere hic per gratiam illustram et perfectam, ac in futuro per gloriam eximiam, atque utramque alius evangelizatur, ut addit Lucas.

Audi S. Ambrosium, lib. VII in cap. ix Lucae, 39: « Paterni funeris sepultura prohibetur, ut intelligas humana posthabenda divinis. Bonum studium, sed majus impedimentum. Nam qui partitur studium, derivat affectum; qui dividit curam, differt profectum. Ergo prius obunda quae maxima sunt. Nam et Apostoli, ne occuparentur studio dispensandi, ministros pauperibus ordinarunt; et ipsi, cum a Domino mitterentur, neminem in via salutare praescriptum est, non quod benevolentiae displiceret officium, sed quod persequendae devotionis intentio plus placeret. »

Prima ergo causa, quae suae vocationis et sequelae hic praetendit Christus, ut vocatus illam illico sequatur eamque praefert sepulture patris, est, quod alii fratres vel cognati supersint, qui patrem sepeliunt, ad quos decentius ejus sepultura pertinet quam ad hunc a Christo vocatum, eo quod et ipsi sint mortui, idque peiori morte, scilicet infidelitatis et peccati. q. d. Sine mortuos agere cum mortuis: deest enim infideles sepelire infidelem; te vero viventem in fide mea et charitate deest agere cum vivis, puta mecum et cum meis fidelibus et Apostolis. Secunda causa est periculum, ne si mortui, id est infidelibus te imitaseas, cum isque conversis, efficiaris unus ex eis, ac moriaris mystice fiasque infidelis. Tertia, ne dum sequellae patris indulges, post eam intensis resolutionis testamenti ceterisque negotiis funeralibus, quibus a mei sequela retarderis, ne scilicet eum fratribus et cognatis impliceris in dividenda hereditate, in solventis debitis, in exsequendo testamento aliisque nullis tricis et litibus quae in domo mortuaria occurrunt, et plures menses, imo annos exigunt, antequam expediantur. Haec omnia prudenter adolescenti succedere voluit Christus; sicut enim fragum scriit fragum, sic lis scriit litem, tria triam. Ita S. Chrysostomus, hom. 28. Sane experientia didici eos qui vocantur ad sequelam Christi in religione, si testamentis suorum sese implicent, ad plures annos retardari, fieri saeculares et perdere vocationem, ut nunquam vitam religiosam capeant.

Tropologic: significat Christus mortuos et rei mortuae vacare eos, qui incumbunt legatis et negotiis parentum vel cognatorum; vacant enim domi mortuarie, id est parentibus, filiis, cognatis mortuis et morituris, q. d. Tu destinis vivere Deo, ac illi per gratiam vivus esse copisti, perge ergo illi vivere, ac servi Deo vivo: quare mortuis et morituris relinque mortua et moritura. Ita S. Hieronymus: « Si mortuum, ait, sepelit mortuum, non debemus habere curam mortuorum, sed vivorum, ne dum solliciti sumus de mortuis, nos quoque mortui appellemur. » Hinc S. Basilii, in *Constitutione Monast.*, cap. xxi, ex hoc loco ostendit

dit, quantum damni viris spiritualibus et religiosis afferat affectus erga parentes, cum eisque familiaritas.

Et S. Chrysostomus: « Quod si nunc, inquit, ad tam breve tempus propter sepeliendos parentes abesse a spiritualibus velitem est, perpende quos supplicio digni sint, qui semper ab his, quos digne sunt Christo, rebus recedunt, quia vili nimium et abjecta saecularium rerum negotia necessariis anteponunt, nullo urgente. »

Symbolice: S. Gregorius, lib. IV *Moral.*, cap. xxv: « Mortui, inquit, mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatores favoribus praesertunt (dum et in peccatis favent, et adulando fovent): quid est enim aliud peccare, quam occumbere; et sepelire, quam abscondere; sed qui peccantem laudibus prosequuntur, exstinguunt verborum suorum agere abscondunt. » Unde addit tales velut sepultos vix a peccatis resurgere; Lazarum vero resurrexisse, quia a sororibus non mortuis, sed per charitatem vivis, sepultus erat.

Addit Lucas, ix, 60: « Tu autem vade, et annuntia regnum Dei, » quae scilicet via pervenitur ad regnum caelorum, puta per fidem et vitam conformem Evangelio quod attulit Christus: « Quando, » ait S. Augustinus, serm. 7 *De Verb. Dom.*, « Dominus parat homines Evangelio, nullam excusationem vult interponi carnalis hujus temporalisque pietatis. » Nam, ut ait S. Chrysostomus, « multo melius est regnum Dei promulgare, et alios a morte retrahere, quam mortuum, qui nulli usui est, sepelire, maxime cum sint qui haec omnia obeant. » Hoc idem S. Gregorius, lib. XIX *Moral.*, cap. xiv, docuit: « Aliquando, inquit, in actionibus nostris minor bona praetermittenda sunt pro utilitate majorum, nam quis ignoret esse boni operis meritum mortuum sepelire? et tamen cuidam, qui ad sepeliendum patrem se dimitti poposcerat, dictum est: Sine ut mortui sepeliunt mortuos suos, tu autem vade et annuntia regnum Dei: postponendum namque erat obsequium hujus ministerii officio predicationis, quia illo carne mortuus in terram conderet, isto autem anima mortuos ad vitam resuscitaret. »

23. ET ASCENDENTE EO IN NAVICULAM (ad transfretandum, ut dixi verb. 18), SEQUITUR SUNT EUM DISCIPULI EJUS. — Graeco sic est, id est in navem. Noster vertit *naviculam*, quia parva solent esse naves quae adhibentur ad transfretandum vel piscandum. Addit Marcus, iv, 36: Assumit eum ita ut erat, » scilicet docens turbas consistentes in litore, docens, inquam, « in navi » et ex navi, q. d. Ex loco maris littori vicino assumpserunt, et duxerunt Christum in altum mare: « et aliae naves erant cum illo. »

24. ET ECCE MOTUS MAGNUS FACTUS EST IN MARI, ITA UT NAVICULA OPERIRETUR FLUCTIBUS: IPSE VERO DORMIEBAT. — Marcus: « Et facta est procella magna venti, et fluctus mittebat in navim, ita ut impleteretur navis. » Lucas: « Et complebantur, »

scilicet undis fluctum, ipsi discipuli in navi et cum navi, et «periclitabantur» de submergione et morte. Beda et Strabus, sive Glossa (hanc enim Strabus, monachus Fuldensis, ex scriptis Rabani magistri sui, conflatit anno Domini 840), opinantur hae tempestate solum Christi navim fuisse jactatam, non vero ceteras ejus comites, ut scilicet Christus ostenderet se esse auctorem tam orte quam sedate tempestatis. Sed verius est etiam alias fuisse jactatas: erant enim vicina, imo proxime navi Christi, idque voluit Deus, ut ostenderetur major vis tempestatis majorque Christi eam compensatis potestas. Porro permisit, imo per causas naturales, ut vapores et ventos, cum eis naturaliter concurrens Christus excitavit et immisit hanc procellam:

Primo, ut declararet potentiam suam, sequē tam maris quam terre esse Dominum, ait Origenes, homil. 6 in *Diversos*. Hinc Angelus apprensus sancto Joanni, posuit dextrum pedem super mare, quasi illi imperans, *Apocal. x, 2*. Angelus enim hic representabat Christum, ait ibidem Beda, Richardus de S. Victore, Pannonius et alii.

Secundo, ut discipulos exerceat ad perferendas uti persecutiones hominum, sic et procellas ventorum, pluviarum, procellarum, etc., quas crebras et magnas experturi erant, orbem evangelizando circuituri. Ita Theophylactus. Unde etiam Chrysostomus hanc dat causam: «ut athletas orbis terrarum tentationibus et timoribus exerceat.»

Tertio, ut discipuli ceterique vectores per miraculum sedate tempestatis in ipsum credent, ipsum scilicet esse Deum omnipotentem.

Quartam causam addit S. Ambrosius, et ex eo Beda, quia navis haec impium vehebat Judam; sed incertum est, an Judas tunc fuerit impius, an postea talis evaserit.

Tropologie: turbatio haec maris, ait Chrysostomus, typus fuit futurarum in Ecclesia tentationum; navis enim in fluctibus est Ecclesia, et anima in tentationibus, quibus illa acuitur et proficit. «Vita enim sine tentatione est quasi mare mortuum,» ait Seneca, *epist. 37*. Sic et homo carens tentatione est instar sopiti et mortui: tentatio ergo eum excitat, ut vires exerat ad illam superandam. Rursum sicut tempestas naves impellit, ut ad optatum portum citius appellat, sic et tentatio hominem stimulat ad majus studium virtutis, quo vehatur in caelum. Ad haec: «Gubernatoris peritiam,» ait Chrysologus, *serm. 20*, «non probat temperies serena, sed procellosa tempestas: aura blandiente navim regit ultimus nauta, in confusione ventorum primi queritur ars magistri.» Tempestas ergo fluctum et ventorum est tentatio superbiae, gulae, luxurie, invidiae, etc., uti pulchre docet S. Augustinus, *hom. 3*, interr. 17.

Porro, si qui pulsatur tentatione, faciat illud quod faciunt nautes in tempestate. *Primo* enim contrahunt vela, ne vento furēte navim abri-

piant, rotent et mergant. Sic tentatus contrahat vela voluptatum detque se junio et penitentis.

Secundo, nauta fugiunt in altum mare, ne in scopulos et rupes navim allidant; sic tentatus fugiat mundum et mundana, ad Beum velut salutis asylum recurat, dicatque cum Psal. «Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, et delectatus sum.» *Psal. LXXVI*.

Tertio, nauta vasa et mercas projiciunt in mare, ut navim onere levent; sic tentatus per contritionem et confessionem evomat grave peccatorum pondus, ut animam alleviet. Hinc Dōctores docent illos qui navigaturi mara descendunt, praesertim longum et periculosum, teneri confiteri, ut se in statu gratiae constituent, utpote adituri mortis periculum et articulum, non unum, sed cerebrum et multiplex.

Quarto, navarchus magno consistens animo et presenti pollens consilio, modos omnes indagat ad evitandum periculum. Idem faciat mens tentati «Gubernator,» ait S. Cyprianus, tract. *De Mortal.* «In tempestate dignoscitur, in acie miles probatur Adversa non avocant a fidei virtute, sed corroborant in dolore. Quanta sublimitas inter ruinas generis humani stare erectum.»

Ipse vero dormiebat. — Sponte fuit a Christo assumptus hic somnus, naturalis tamen. *Primo*, ut augeteretur venti cresceretque tempestas, in cuius proinde sedatione magis ejus potentia appareret majorque ostenderetur auctoritas. Ita Chrysostomus.

Secundo, «exprimitur,» ait S. Ambrosius in cap. viii *Luc.*, 24, «securitas potestatis, quod omnibus timentibus, solus intrepidus quiescebat,» ut in quavis simili tribulatione ad eum confugiētes, in eoque spe defixi, idem faciāmus, justa illud *Proverb. xii*: «Non contristabit iustum quidquid acciderit ei.» Et cap. xxviii: «Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.» Et illud Poeta:

Elismi fractus illabatur orbis,
Impavulum ferient ruinae.

Porro *cervical*, in quo, teste Marco, dormiebat Christus, mystice est: *primo*, bona conscientia; *secundo*, resignatio in Dei voluntatem; *tertio*, fiducia de Dei ope et providentia; in hac enim fidelis in quavis adversitate securus quiescit et quasi indormit.

Tertio, Origenes, hom. 6 in *Diversos*: «Christus, ait, dormiebat corpore, vigilabat deitate,» ut discipuli, ait Lyranus, in periculo positi, ardentius ad eum resurreverent openque implorarent. Huius rei figura Jonas, cap. 1, dormiebat, ceteris in navi periclitantibus. Vide ibi discipulos. Porro, qualis fuerit somnus Christi, et quam diversus a nostro, vide apud Toletum, in cap. viii *Luc.*, annotat. 43.

Tropologie Glossa: «Dormit Christus, inquit, cum negligentius agimus, et ideo tempestas;

si vero fides resurgit, imperat ventis et fluctibus.»

Vers. 25. 25. ET ACCESSERUNT AD EUM DISCIPULI EJUS ET SUSCITAVERTUNT EUM, DICENTES: DOMINE, SALVA NOS. PERDUS. — Arabicus, *Domine, libera nos, profecto perimus*. Non debent timere qui secum vehebant Salvatorem, imo salutem et vitam; sed modica adhuc in eis de Christo erat fides et spes. Marcus significantius habet, *iv, 38*: «Magister, non ad te pertinet, quia perimus?» *q. d.* Non est tibi cura, quod perimus? ita nesine cura dormis, sinisque nos tecum mergi?

Vers. 26. 26. ET DIXIT EIS: QUID TIMIDI ESTIS, MODICE FIDEI? — Graece est nervosius, *δυσίπνετοι*, id est parum fidentes.

Dixit, — hoc ante sedatam tempestatem, ut narrat hic Matthaeus, licet post eam id narret Lucas et Marcus. Decebat enim prius sedari discipulorum pavorem extremum, quam maris tempestatem, atque eorum fidem prolapsam erigi, ut haec mereretur miraculum sedandae procellae. Ita Jansenius, Toletus et alii.

MODICE FIDEI, — tum quia non videmini perfecte credere me esse Deum; tum quia non speratis in mea providentia, nec creditis me dormientem posse, aut scire et valere vos liberare a periculo. Ita S. Chrysostomus.

Fides hic *primo* accipi potest proprie dicta; *secundo*, pro fiducia: hanc enim parit acutique fides. Porro, timor causa est modice fidei; modica autem fides causa est modice fiduciae. Lucas efficacius habet: «Ubi est fides vestra?» Graece *ἡ πίστις*; id est illa fides, scilicet, perfecta in me, quam toties vobis inculcavi, quamque praevobis tulistis, cum relictis omnibus me vocantem secuti estis. Christus equidem in miraculis exigit hanc fidem, ut doceat eam in tentationibus maxime requiri, ac contra eas praesentissimum esse remedium. Audi S. Bernardum, *serm. 9* in Ps. *Qui habitat*: «Si seviat mundus, inquit, si fremat malignus, si ipsa caro adversus spiritum concupiscat, in te ego sperabo. Quis enim speravit in eo et confusus est?» Et mox: «Ut quid si haec sapinus, ut quid cunctamur abjicere omnes spes miserae, vanas, inutiles, seductorias, et huic unitam solidam, tam perfectam, tam beatam spei, tota devotione animi, toto fervore spiritus inherere? scriptum est enim: *Adjucabit eos, quia speraverunt in eo.*»

TUNC SURGENS, IMPERAVIT VENTIS ET MARI, ET FACTA EST TRANQUILLITAS MAGNA. — Pro imperavit, Graece est *ἐπιέταξα*, quod respondet Hebr. *וַיִּצְוֶה*, id est increpavit (ut verit Arabicus), objuravit, eue herus famulum. Unde Marcus habet: «Comminatus est vento, et dixit mari: Tace, obmutescet,» id est quiescet, tuosque fremitus fluctus quo reprime. Lucas: «Increpavit ventum et tempestatem aquae.»

Hic vocibus significatur magna vis maris et ventorum agitati et exastuantis, quam nulla vis humana, sed solum divina compescere et sedare valeat; haec ergo voces significant magnum dominium et imperium Dei, imperantis mari cum summa auctoritate et potestate: rugiens enim et fremens furiosusque mara procellisum, magna vi Dei reprimendum sedandumque est. Hic ergo Christus se Deum esse ostendit, utpote qui maris et ventis quasi Dominus imperaret; mare enim illi imperantis velocius cessavitque, quam servus ab hero suo increpatus. Christus ergo dormit ut homo, imperat ut Deus, ait Interlinearis.

Tropologie: quomodo Christus mente cogitatus et invocatus imperet persecutionibus Ecclesiae et tentationibus anime, docet S. Augustinus, *hom. 3* interr. 17, quae extant in fine tom. X: «Auidisti concivium? inquit, ventus est; iratus est? fluctus est. Vento igitur flante, fluctu surgente periclitatur navis, periclitatur cor tuum, fluctuat cor tuum. Audio concivio vindicari desideras. Et ecce vindicatus es, et malo alieno cedens fecisti naufragium. Et quare hoc? quia dormit in te Christus. Quid est, dormit in te Christus? Oblitus es Christum. Excita ergo Christum, recordare Christum. Evigilet in te Christus, considera illum. Quid volebas? vindicari. Excidit tibi, quia ipse cum crucifigeretur, dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quod faciunt?* Qui dormiebat in corde tuo nolit vindicari. Excita illum, recolle illum.» Et nonnullis interjectis: «Ergo compescam me ab iracundia mea, et redibo ad quietem cordis mei. Imperavit Christus mari, facta est tranquillitas. Quod autem dixi ad iracundiam, hoc tenete regulariter in omnibus tentationibus vestris. Nata est tentatio, ventus est; turbatus es, fluctus est; excita Christum, loquatur tecum.»

Allegovice et analogice Beda: «Navicula cum antenna est arbor crucis, cuius beneficio adducti, maris, id est mundi fluctibus emersi obtinemus littus patriae caelestis: ascendunt et discipuli, ait enim: *Si quis vult venire post me, tollat crucem suam*, etc. Obdormit Christus, tempore scilicet passionis; exorta est tempestas, id est persecutio demoniaci flatus excitata. Excitant Dominum discipuli, cuius mortem viderant, resurrectionem optantes. Surgit ceteri resurrectione, ventum increpat, id est superbiam diaboli; sedat tempestatem, id est insultantium Judaeorum rabiem labefactam, increpat discipulos: exprobravit enim post resurrectionem incredulitatem eorum.»

ET FACTA EST TRANQUILLITAS MAGNA. — Nam, ut ait S. Hieronymus, «sentium omnes creature creatorem, et quae apud nos insensibilia sunt, illi sunt sensibilia. Magna potestas, quia de magna potestate fit magna tranquillitas.» Origenes: «Decet magnum magna facere.» Et Chrysostomus, in *homil.*: «Confestim soluta est tempestas, et nihil turbationis mansit, impletumque illud: *Dixit, et stetit spiritus procellae.*»

27. PORRO HOMINES MIRATI SUNT, DICENTES: QUA-
LIS EST ISTE, QUIA VENTI ET MARE OBEDIUNT EI? —
«Homines» non discipuli, sed nautæ et ceteri qui
erant in navi, ait Interlinearis, navibusque eam
comitantibus. Nam, ut ait Origenes, nunquam
sine honore nominantur discipuli. Addit S. Hiero-
nymus: «Si quis contendat significari discipulos,
dicendum appellari homines, quia nondum
noverant potentiam Salvatoris.» Pro qualis, Græce
est *καταλα*, quæ vox est non simpliciter interro-
gans, sed cum emphasi admirantis, *g. d.* Quis,
qualis, cujus est iste? Non videtur similis aliis
hominibus, sed alterius esse generis; non vide-
tur e terra natus, sed e celo lapsus, quia et
caeli eorumque venti obediunt ei, quasi hero et
domino suo. Unde Græce est: «Quia etiam venti
et mare obtemperant ei.» Quis ergo, qualis et
quantus est hic novus in Palæstina Æolus, ven-
torum Deus et Imperator? Ita ipsi, necdum
scientes Christum verum merumque esse Deum.

Topologie: S. Augustinus, *homil.* 3 jam
citata: «Magis, inquit, imitare ventos et mare;
obtempera creatori sub jussione Christi: mare
audit, et tu surdus es? mare audit et ventus ces-
sat, et tu sufflas? Quid? dico, facio, figo: quid
est aliud, nisi sufflare et sub verbo Christi nolle
cessare? Non vos vincat fluctus in perturbatione
cordis vestri.»

28. ET CUM VENISSET TRANS FRETUM IN REGIONEM
GERASENORUM (1), OCCURRERUNT EI DUO DEMONIA HA-
BENTES. — «Duo;» Marcus, v. 2, et Lucas, viii, 27,
unum tantum recensent, quia scilicet unus ille
nobilior et famosior erat, ut vult S. Augustinus, in
lib. II *De Consensu Evangel.*, cap. xxv, et quia ille tru-
culentior erat; obsidebatur enim a legione demo-
num, ut habet Lucas. Ita S. Chrysostomus, Theo-
phyllactus, Euthymius et alii.

Reliqua de his demoniacis a Christo curatis,
incontinenti enarrat Lucas, viii, 27 usque ad
40, quare ibi commodius et plenius illa expli-
cabo.

29. VENISTI HUC ANTE TEMPUS TORQUERE NOS. —

(1) C. Tischendorf, in sua Novi Testamenti edit. græca,
Par. 1842, plurimum codicum auctoritatem secutus,
legit Γαδαρῶν, Gadarenorum, ut etiam habet Marc. v. 1,
et Luc. viii, 26, 37, quamquam hic quoque datur varietas
lectionis. Alii legunt Γερουσιῶν, alii vero Γερουσιῶν. De
Gerasenis vix potest esse sermo, cum Gerasi fuerit urbs
in finibus meridionalibus Perææ (*Jos., Bell. Jud.* 1, 4,
ii, 2), vel in Arabia sita (*Orig., Orig., tom. IV, 140*).
Kuinoel censet legendum hinc loco Γερουσιῶν, uti etiam
Luc. viii, 26; sed M. c. v. 1 et Luc. viii, 37, Γαδαρῶν,
cum eo codicum pl. oratione multarumque versionum
antiquarum lectio sit, et tamen ut non tam urbs Gad-
ara, ubi locus vel mare præcipitio adiacens non erat,
inquit Origenes, quam potius regio, ager Gadarenorum
ibi significetur. Ostendere nimirum voluit Lucas, vers. 37,
omnes gentiles illam regionem incolentes optasse ut Jesus
et finibus ipsorum excederet. Res enim hoc loco exposita
in confiniis Gadarenorum et Gergesenorum evenit, et
gregis porcorum domini non tantum Gergeseni erant,
ut Wetstenius arbitratur, sed et Gadareni.

hinc aliqui putarunt demones necdum recepisse
ultimum demeritorum suorum supplicium, nec
ante diem iudicii esse dammandos, ut in gehenna
torqueantur: ita videtur hic sentire S. Hilarius,
Canon. 8, dicens: «Proclamabat, ait, cur sedem
invidet, cur ante tempus iudicii infestet?» Ead-
em sententia a nonnullis tribuitur S. Ireneo,
Justinio, Lactantio, Eusebio et Nicephoro; sed nil
tale apud eos reperi, nec Hilarii verba id signifi-
cant, sed tantum idipsum quod verba Matthæi.

Certum est ex Scriptura et Patribus demones
ab initio mundi, mox ut peccarunt, fuisse damna-
tos igneque gehennæ cruciatis, quo igne cru-
ciantur etiam absentes, dum inferno egressi in
hoc aere versantur, per Dei omnipotentiam.
Ignis enim gehennæ, quia est instrumentum su-
pernaturale Dei omnipotentis, hinc Deo volente
in distantissima agere potest.

Quod ergo aiunt Christo: «Venisti ante tempus
torquere nos,» non antiquam, perpetuam et ir-
revocabilem ignis gehennæ torsionem, sed novum
quod a Christo timebant tormentum, de-
precantur. Novum hoc erat expulsio a corpore
hominis, quod possidebant, ut docet S. Chryso-
stomus, *homil.* 26, ac domini in tentandis
vexandisque hominibus dimittit; item relegatio
ad carcerem gehennæ. Demones enim
gaudent, dum permittuntur in hoc aere versari,
tunc quia aliquid in eo libertatis habent ad va-
gandum per varias provincias, ac concitantium
tempestates, sterilitatem, morbos, pestes, etc.;
tunc quia in eo facultatem habent homines ten-
tandi et affligendi. Quare tormentum eis est re-
legari in infernum: hæc enim est eorum quasi
incarceratio (arctissimus enim et molestissimus
carcer est infernus) et summa coarctatio, ad
quam damnabuntur in perpetuum a Christo in
die iudicii, in quo fiet publica eorum reprobatio
et damnatio, quæ erit summa eorum pena et
confusio coram omnibus Angelis et Beatis. Vi-
dentur ergo hi demones timere ne diem iudicii,
quem ipsi remotum putabant, Christus anticipet,
ac velut iudex in eo illos ad tartara illico condem-
net, aut certe seorsim eo ipsos ableget. Ita Maldo-
natus, Toletus et Suarez, lib. VIII *De Angelis*, cap. II,
num. 13. Unde Glossa hic: «Torquentur demones,
inquit, dum de corporibus ejiciuntur, in quorum
tortura delectabantur.» Addit S. Hieronymus:
«Præsentia Salvatoris tormenta sunt demonum.»
Et S. Chrysostomus: «Ab experientia, inquit, cla-
mant; flagellabantur enim invisibiliter, intoler-
abilia patientes ex præsentia Christi (1).»

(1) Versu 30, pro non longo, ut legit Vulgata, græce
habet *μακρῶν*, *proci*; sed notandum est Hebræos
רוח, cui *μακρῶν* respondet, usurpare solere de quovis
intervallo, etiam breviori. Ita *μακρῶν* legitur quoque in
vers. Alex.; *Exod.* xxxiii, 7, etc., et lat. *proci*, *Virg.*
Aen. vi, 10, etc., hic autem aliquam tantum distantiam
hac voce notari apparet ex Marco et Luca, qui *βαρῶν*
εἰσι, *ibi*.

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus primo paralyticum sanat, tum in anima, tum in corpore. Secundo, vers. 9, vocat Mattheum.
Scribis obmurmurantibus, quod cum Publicanis ageret, respondet se quasi medicum animarum missum
esse ad curandos peccatores. Tertio, vers. 14, discipulis Joannis Baptistæ crebro jejunantibus dat
causam, cur sui discipuli necdum jejunent. Quarto, vers. 18, sanat hæmorrhissam, et a morte suscitât
filiam Jaira. Quinto, vers. 27, illuminat duos cæcos, et, vers. 32, multo loquelam restituit, omnesque
infirmos sanat, ac videns multam populi messem, multos in eam optat mitti operarios.

1. Et ascendens in naviculam, transfretavit et venit in civitatem suam. 2. Et ecce offer-
rebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico:
Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se:
Hic blasphemat. 4. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala
in cordibus vestris? 5. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere:
Surge, et ambula? 6. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi
peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. 7. Et
surrexit, et abiit in domum suam. 8. Videntes autem turbæ, timuerunt et glorificaverunt
Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. 9. Et, cum transiret inde Jesus, vidit homi-
nem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus
est eum. 10. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores veni-
entes, discumbebant cum Jesu et discipulis ejus. 11. Et videntes Pharisei, dicebant disci-
pulis ejus: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat Magister: vester? 12. At
Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. 13. Euntes au-
tem discite quid est: Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos,
sed peccatores. 14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos et
Pharisæi jejunamus frequenter; discipuli autem tui non jejunant? 15. Et ait illis Jesus:
Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies
cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt. 16. Nemo autem immittit commissuram
panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus a vestimento, et pejor
scissura fit. 17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres; alioquin rumpuntur utres,
et vinum effunditur, et utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo
conservantur. 18. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit et adorabat eum,
dicens: Domine, filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum tuam super eam,
et vivet. 19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, et discipuli ejus. 20. Et ecce mulier, quæ
sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti
ejus. 21. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero. 22. At
Jesus conversus, et videns eam, dixit: Confide, filia, fides tua te salvam fecit. 23. Et salva
facta est mulier ex illa hora. 24. Et cum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibi-
cines et turbam tumultuantem, dicebat: Recedite; non est enim mortua puella, sed dormit.
Et deridebant eum. 25. Et cum ejecta esset turba, intravit; et tenuit manum ejus. Et
surrexit puella. 26. Et exiit fama hæc in universam terram illam. 27. Et transeunte inde
Jesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes et dicentes: Misere nostri, fili David. 28. Cum
autem venisset ad domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia
hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. 29. Tunc tetigit oculos eorum, di-